   Tit. "Incipit vita Sancti Alexis Confessoris."
   Exstat impress. apud Acta SS. mens. Jul. tom. vi. p. 251.
   In calce, "Explicit vita Sancti Alexis Confessoris."

373.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 180, sec. xii. exeuntis, si folia priora et ultima aliquot excipias manu recenti exarata; quondam peculium Jo. Bridges ex dono —— Smith; [ol. 965.]

[Berengaudi] commentarius super B. Johannis Apocalypsin.
Tit. i. "Incipit textus visionis, id est, Apocalypsis beati Johannis Apostoli."
Exstat impress. inter S. Ambrosii opera tom. ii. ad calc. col. 499.

374.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 288, sec. xv., binis columnis exaratus; [ol. 975.]

Roberti Grostete, ep. Lincoln. opera quæ sequuntur;

1. Dictorum liber theologicorum, in capitula cdxlv. distinctus. fol. 1.
   Tit. "Dictum primum domini Roberti, Lincolniensis episcopi, secundum opus completum."
   Incip. i. "Spiritus Sanctus per os Salomonis in persona beate Virginis."
   Desin. "et integri in nullo deficientes prestante Domino," etc.
   Cf. Fascicul. Rerum Expetend. ed. Browne, tom. ii. p. 276.

Sequitur tabula contentorum locuples, ordine alphabetico.

2. Sermo de templo Dei. fol. 280.

Incip. "Templum Domini sanctum est;" etc. "Sermo iste quamvis omnes."

Defic. in verbis, "uxor si accipit"——

375.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 94, secc. xv. ineuntis et xiv.; binis columnis exaratus; [ol. 821.]

1. Liber de confessione ad Sacerdotes. fol. 2.

Tit. "Compilatio presens materiam habens confessionem nullum operis profitetur auctorem, sed tot habet auctores, quod continet auctoritatem, juxta illud,

Cui pater est populus, non habet ille patrem."

Incip. "Primum est ut instruatur sacerdos ad taxandam penam."

Desin. "et quoddam ad confessionem citatorium."

2. Auctoritates Virtutum ex SS. Patribus variis collectæ. fol. 17 b.

Incip. "De fide; Augustinus. Magna fides magna meretur."

Desin. "reputant sua pro quibus potius fodere debent."

3. Opus tripartitum, (a.) De decimis et voto, etc. (b.) De septem sacramentis; (c.) De Simonia et de usuris; etc. fol. 37.

Incip. "Decime autem, ut ait Decretum, sunt tributa animarum."

4. B. Mariæ Virginis Speculum, seu Sermones super istud, "Ave Maria, gratia plena," cum prologo. fol. 63.

Tit. "Incipit beate Marie Virginis Speculum."

Incip. prol. "Quoniam, ut ait Jeronimus, Nulli dubium, quin totum."

Incip. serm. i. "Ave Maria, etc. Audi, dulcissima virgo Maria, audi nova, audi mira."

Desin. ult. "benedictus fructus ventris tui; Qui cum Patre, etc."

5. [Hugonis de S. Caro, Cardinalis,] Speculum ecclesiæ. fol. 87.

Tit. "Speculum ecclesie."

Exstat sæpius impress.

6. Quando solet decantari symbolum. fol. 93 b.

Incip. "Symbolum autem ad missam in illis sollempnitatibus decantari solet."

376.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 158, sec. xiv. exeuntis; [ol. 847.]

1. Anonymi cujusdam sermones quinquaginta duo de fide et de tempore. fol. 1.

Incip. "Benedictus qui venit;" etc. "Evangelium hoc legitur modo propter misterium."

Inserta est ad fol. 32 tabula alphabetica.

2. Thomæ Walleys, sive Guallensis, sermones xcviii. tam Dominicales quam festivales. fol. 53.

Incip. i. "Hora est jam nos;" etc. "Secundum hoc exponitur de sompno culpe."

In calce, "Ego frater Thomas Waleys, Anglicus, de ordine fratrum Predicatorum, sacre theologie professor, premissa predicavi publice coram multis et in excusationem mei. Dictio aut opinio, que dicit animas Sanctorum ante resurrectionem non videre Deum facialiter est error manifestus, periculosus et scandalosus; utpote de cujus predicatione jam quasi tota scandalizatur ecclesia Dei aut non. Si sic videtur quod debeam excusari, quia urgente me conscientia talia predicavi," etc. ut in Tanner Biblioth. p. 749.

377.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 119, sec. xiii. ineuntis; quondam eccl. S. Mariæ in Ebirbach; [ol. 963.]

1. Peregrini minoris, [an Conradi Hirsaugiensis,] Dialogus de contemptu et amore mundi, interlocutoribus Matriculario et Monacho. fol. 3.

Tit. "Incipit dialogus de personis duabus, idem Matriculario N. Monacho N. fratribus assignatus, in quo dum de mundi contemptu vel amore rationibus alternis disceptatur, frater fratrem Christo mediante lucratur; unde sequens opusculum, quasi vestibulum quoddam monastici paradisi proponitur ubi moralium disciplinarum sententiæ, quasi flores colliguntur et introitus altiora temperatur."

Incip. "Cum manifestum sit mundum in maligno positum et hoc non solum verbis."

Desin. "Itaque querendo lacescere noli quia desperatio invencionis defectus itinerantis est. Cesset ergo amodo dialogus iste et propositum exequamur."

2. Liber de fructu carnis et Spiritus, cum prologo. fol. 31 b.

Tit. "Prologus de fructu carnis et spiritus."

Incip. "Cum omnis divine pagine sermo id intendat, ut humilitatis bonum."

Sequuntur arbusculæ duæ virtutes et vitia exhibentes.

Incip. lib. "Si igitur adjunxeris similia similibus, partium equalitas."

3. Mirabilis et nobilis allocutio ad Deum de diversis beneficiis homini impensis ab Ipso, cum prologo. fol. 44.

Incip. prol. "Homo constat ex carne."

Incip. lib. "Deus rectum creavit hominem."

4. De veritatis inquisitione. fol. 55 b.

Incip. "Veritatis inquisitio sicut ad interiora mentem excitat sic ad exteriora purgat."

Desin. "parcere vero cum possis hostem ledere triumphus est ex virtute."

5. Tabula prosodiaca de productione vel correptione syllabarum. fol. 115 b. A

Tit. "Incipit summarius tocius Scripture et de quolibet verbo, utrum corripiatur vel producatur. Sume consonantem ad vocales et scito habebis noticiam ejus."

Incip. "a b a, b. ex stabat . nabat . flabat . et eorum futura."

Sequitur regula "de quolibet cantu, ubi incipiat vel terminetur." B

378.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 77, sec. xiv., quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 964.]

1. Narrationes de Sanctis et de festis variis, [ex Jacobi de Voragine Legenda aurea collectæ.] fol. 1.

Incip. "Assumptio Virginis Marie, qualiter facta sit;" ut in edit. Davent. 1479, fol. 201.

Ult. est de S. Martino et exstat ibid. fol. 295. C

2. De Sacramento Eucharistiæ tractatulus. fol. 49 b.

Incip. "Revela oculos meos;" etc. "Ammiracio mirabilium inquisicionis et investigacionis."

3. Tractatus super 'Missus est,' [ex S. Bernardi sermonibus confectus.] fol. 51.

Incip. "Quid sibi vult evangelista tot propria nomina."

4. Liber "de miseria humane condicionis editus a Lothario Cardinali, qui postea factus papa dictus est Innocentius tercius." fol. 53 b. D

Exstat impress. inter opera Colon. 1575, tom. i. p. 421.

Consentit modo quoad pauca in initio, quibus succedunt capitula plura theologica et moralia, scil. de passione Domini, de decimis et primitiis, de confessione, justificatione, etc.

5. Fructus duodecim de corpore Domini. fol. 62 b.

Incip. "Nota xii. fructus de corpore Domini."

6. De confessione. fol. 63 b. E

Incip. "Confessio sit discreta."

7. Ex SS. Patribus Auctoritates. fol. 64 b.

Incip. i. "Bernardus super Cantica: Deum cogita factorem tuum."

8. De excellentia B. Mariæ Virginis versus. fol. 68.

Incip.

"Si fieri posset arene pulvis et unde,
Undarum gutte rosa gemme lylia flamme."

9. Qualiter suffragia prosunt defunctis, et alia capitula. fol. 69 b. F

Incip. "Prosunt suffragia defunctis."

10. Quæ servare debet religiosus. fol. 77 b.

Incip. "Hec servare decet quemlibet religiosum; Devotus sit in choro."

11. De tribus signis boni status. fol. 77 b.

Incip. "Tria sunt signa per quæ potest homo cognoscere si sit in bono statu."

379.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 102, sec. xiv. exeuntis; quondam eccl. B. Mariæ in Ebirbach; [ol. 961.]

Capitum collectio, numero xciv., ex capitulis generalibus canonicorum secularium, cum tabula præmissa.

Tit. "Sequitur de materiis generalibus secundum varietatem negotiorum in ecclesia que fit [*sic*] possunt distingui."

Incip. "In conciliis. Notandum est quod in ecclesia Dei fuit."

Cap. ult. est, 'In conviviis pro defunctis,' et desin. "Sed justi qui recessit in statu justicie et circa hoc notandum est, quod aliqui devoti, etc. ut supra."

In calce, "Liber fratris——monasterii Eberbacensis, Moguntinensis dyocesis;" etc.

Sequitur tabula alphabetica.

380.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 130, secc. xiv. ineuntis et xv., manu Gulielmi de Mazalan exaratus, quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 962.]

1. Sermones de Sanctis in Communi, intitulati 'Precinxisti,' cum indice posthabito. fol. 1.

Tit. "Incipiunt sermones de Sanctis in communi et primo de uno Apostolo, et intitulatur iste liber Summa Precinxisti."

Incip. "Precinxisti me virtute ad bellum. Mos est istorum nobilium sicut regum et principum."

Sermones agunt de pluribus apostolis et martyribus, de confessoribus, de virginibus, de dedicatione et de electione, et numerantur nonaginta novem.

In calce, "Explicit summa que vocatur Precinxisti."

Guill. de Mazalan complevit illud opus.

2. Sermones Johannis Herolt, Discipuli, de Sanctis. fol. 101.

Tit. "Sermones Disciputi de Sanctis, et primo sermo generalis."

Incip. i. "Laudate Dominum in Sanctis," etc. "Rogatus ut post collecturam," ut in edit. impress.

381.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 169, sec. xvii.; [ol. 956.]

1. Saxon-English remains of the Pentateuch, Joshua, Judges, Job, etc. out of Sir Robert Cotton's Manuscripts of most reverend antiquity, now first new-Englished and set out by W. Lisle.

Prefixed is the preface of Ælfric to Æthelweard.

2. More of the Ould Testament, quoted in the Saxon A
homilies which are entitled in Latine Catholici Sermones and translated into this ould English by Aelfricus Abbas; *in Anglo-Saxon and English.* fol. 116 b.
3. The book of Hester; *Sax. Eng.* fol. 140 b.
4. Of the temple at Jerusalem. *Eng. Sax.* fol. 150 b.
5. The book of Job; *Sax. Eng.* unfinished. fol. 153 b.
6. Excerpts relating to the Captivity of Nebuchadnezzar, etc. *Eng. Sax.* fol. 165 b. B

382.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 306, sec. xv.; [ol. 1344.]

Legenda, seu liber ecclesiasticus, in quo leguntur lectiones de tempore et de Sanctis per annum; occurrunt quoque hic illic sermones parvi SS. Patrum variorum, Gregorii scilicet, Augustini, Bedæ, et aliorum.

Incip. "Si A que ponitur tercio nonas [Decembris ?] fuerit littera Dominicalis." C

Defic. in verbis, "qui earum quedam de virginitate sua"——

383.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 134, sec. xi. exeuntis; [ol. 1285.]

1. S. Augustini Hexaëmeron, seu de Genesi ad litteram libri. fol. 1. D
   Tit. "Incipit Exameron Augustini episcopi ex Car."
   Exstant impress. inter opera, tom. iii. col. 117.
2. S. Pauli et Senecæ epistolæ undecim mutuæ; prævia notitia de Seneca ex Hieronymi libro de viris illustribus. fol. 73 b.
   Tit. "Incipiunt epistole senatoris S. ad Paulum apostolum, et Pauli ad Senecam."
3. Martini Braccarensis, seu Dumiensis, de quatuor virtutibus liber, seu Formula honestæ vitæ. fol. 77. E
   Tit. *manu recenti*, "Formula honestæ vitæ sive de quatuor virtutibus Martini Dumiensis episcopi."
   Sæpe prodiit.
4. Admonitio, sive forsan Regula, S. Augustini. f. 85 b.
   Tit. "Ammonitio beati Augustini."
   Incip. "Hec sunt que ut observetis precipimus in monasterio constituti."
5. S. Augustini Quæstiones lxv. cum Orosio respondente, prævia tabula. fol. 93 b. F
   Exstant inter opera, tom. vi. App. col. 7.
   In calce,
   "Venimus ad portum nimio sudore libelli."
6. Similitudines, per quas potest Christianus firmiter fidem catholicam credere et cognoscere. fol. 134.
   Incip. "Unus Dei Pater, ex quo omnia et unus Jhesus Christus."

384.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 31, sec. xiii.; [ol. 1286.]

1. Capitula Theologica de præceptis decem, de Sacramentis, de ætatibus hominum, etc. fol. 1.
   Incip. "Precepta divine legis sciendum est quod sunt decem scripta digito Dei."
2. Bernardi Carnotensis ad Raymundum Castri Ambrosii dominum, de cura rei familiaris. fol. 7 b.
   Tit. "Incipit epistola de modo et cura rei familiaris utilius gubernande."
   Exstat impress. inter S. Bernardi opera, ed. Paris. 1632, col. 1926.
   In calce,
   "Facto fine pia . celando virgo Maria."
3. Hymnorum liber per anni circulum. fol. 9.
   Tit. "Incipit liber hymnalis anni circulo, In dominicis diebus in nocte."
   Incip. i. "Primo dierum omnium."
4. Expositio super librum supradictum, auctore anonymo. fol. 19.
   Incip. "Liber iste dicitur liber hymnorum; Hymnus est laus Dei cum cantico sancto."
   Desin. "ab omnibus fraudulentis deceptionibus diaboli et hoc est, O Domine, Salvator Mundi."

385.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 136, sec. xiii. ineuntis; quondam 'Thomæ prioris;' [ol. 1357.]

1. Auctoritates de diversis ex SS. Patrum scriptis compilatæ et in partes quatuor distinctæ, prævia tabula capitulorum. fol. 1.
   Tit. "Tractatus iste compilatus est ex auctoritatibus Sanctorum, præcipue Augustini, Ambrosii, Crisostomi, Ieronimi, Bernardi, Cassiodori et aliorum quorundam."
   Incip. cap. i. "Quid est Deus; Augustinus ex libro de civitate Dei ca. xx. Deum volens Cicero sicut poterat."
2. Anonymi cujusdam Flores S. Bernardi in libros decem distincti, cum prologo. fol. 38.
   Tit. prol. "Incipit prologus super Flores variorum librorum eximii patris et magni doctoris Sancti Bernardi, abbatis Clarevallensis."
   Incip. "Cum non essem alicui exercicio."
   Sequitur tabula capitulorum uniuscujusque libri, ad cujus calcem, "Expliciunt capitula libri decimi;" et deinde versus,

"Flagrat Bernardus . sacer in dictis quasi nardus,
De quibus hic tractus . liber est in scripta redactus;
Par est in verbis . id odoriferis opus herbis,
Nempe gerit flores . Bernardus nobiliores."

Postea tabula picta S. Bernardum exhibens in scriniis scribentem, adsistentibus duobus pueris.

Incip. cap. i. "Quid est Deus qui est merito quidem. Nil competencius eternitati."

Desin. " cavendum et hoc et illud quia utrobique periculum."

In calce, " Expliciunt flores Bernardi hoc modo."

Sequitur pagina libri sexti finem iterum exhibens.

386.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 103, secc. xv. xiii. et xv., binis columnis exaratus; quondam Carthusiensium propeMoguntiam; [ol. 1298.]

1. Cantica Canticorum. fol. 2.

   In calce, " Explicit liber Canticorum Salomonis."

2. Expositio in Cantica. fol. 4.

   Tit, " Incipiunt Cantica Canticorum ipsi Salomoni, vel incipit Epytalamium."

   Incip. " Auctoritate instruxit simplices," etc. " Opus autem dicitur parabole."

3. Canticum Canticorum, quoad partem priorem glossis marginalibus et interlinearibus illustratum. fol. 22 b.

   Incip. gloss. " Ut sit vox multitudinis."

4. Glossa super Canticum Canticorum. fol. 46.

   Incip. " Scribite vobis Canticum;" etc. " Verba ista possunt exponi congrue de Cantico Canticorum Salomonis."

   Desin. " panis convertitur in corpus Cristi."

   Sequitur, *manu altera*, textus ejusdem libri, ad cujus calcem, " Explicit liber Sirasirim, id est Cantica Canticorum."

387.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 70, sec. xiv., binis columnis exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1091.]

Anonymi cujusdam super Psalterium glossa. fol. 2.

Incip " Beatus vir;" etc. " Quid est ambulare in consilio impiorum."

Desin. in versibus,

" Nunc fecunda quidem, sterilis sine semine pridem,
Hoc Pater hoc Flamen . hoc Filius audiat: Amen."

In calce,

" Est finis libro simul laus et gloria Cristo."

388.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 19 et 298, sec. xv.; quondam Willelmi Charci; [ol. 1347.]

1. Kalendarium, secundum usum Sarum; *Anglice*. fol. 1*.

   Unicuique festo adjuncta sunt lectionum propriarum initia et fines.

2. A rule " that tellith in whiche chapitris of the bible ȝee may fynde the lessons, pistlis & gospels, that ben red in the chirche aftir the vss of Salisbiri, markid with lettris of the a. b. c. at the bigynnynge of the chapitris toward the myddil or eende aftir the ordre as the lettris stonden in the a. b. c. First ben set Sundaies and ferials togidir and aftir that the sanctorum the propre and the comyn togidir of all the ȝeer, & thanne last the commemoracions that is clepid the temperal of al the ȝeer first writen a clause of the bigynnynge of the pistle or gospel and a clause of the endynge therof also." fol. 7*.

   At the end, " Thus endith the rule of this kalender of lessons pistlis and gospels of al the ȝeer."

3. Testamentum Novum, cum prologis haud insolitis ex versione recentiori Wyclevitana. fol. 1.

   Tit. i. " Heere bigynneth the prologe over Matheu."

   Ad calcem, " Here endith the Apocalips of Joon."

4. " The lessons and pistlis of the olde lawe that ben red in the churche in al the ȝeer aftir the uss of Salisbiri." fol. 257.

   Ad calcem, " Here endith the pistlis and lessons," etc.

5. " Othere lessons of the oolde lawe that ben not red aftir the uss of Salisbiri." fol. 297.

   Defic. in verbis, " and I settide wisdom bifore rewmes and setis"——

   Signatus est codex noster in catalogo codd. MSS. editioni novæ Oxon. præmisso sub numero 58, ubi per errorem Laud. 361 insignitur.

389.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 199, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; quondam Francisci Grenei, Grindonensis, postea Augustini Lindsell, ex dono Antonii Maxton; [ol. 1367.]

[Johannis Felton, eccl. S. Mariæ Magdalenæ apud Oxonienses vicarii,] Summa moralis, quæ dicitur Pera Peregrini, ordine alphabetico disposita; [initio mutil.]

Incip. in verbis—" age dulciter et blande ut et accio tua districta sit et lingua mitis."

Desin. " et fiduciam ponamus; Gregor. super Ezech. omel. i."

In calce, " Explicit tractatus extractus de Pera Peregrini."

Deinde notitia incip. " Pro intelligentia istius tractatus;" et postea *manu secunda* narratio de Radulpho, eccl. B. M. Magd. Oxon. sacerdote nequam, dum missam celebraret, manu celitus missa in terram percusso; ex " Hist. Aurea part. iii."

A In folio primo scripsit F. Greneius versus aliquot de codice suo, incip.

"My Pera is dispolde and robde,
My scripp is scrapte awaye."

Præcedit notitia, "Tractatus extractus de Pera Peregrini ex procuratione fratris T., Rome sacre pagine professoris."

390.

B Codex membranaceus, in 4to, ff. 291, secc. xi. et xiii., quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1371.]

1. Rabani Mauri commentarius super librum Sapientiæ, cum prologo ad Otgarium, archiepiscopum. fol. 1 b.

Tit. "Prologus incipit Rabani ad archiepiscopum Othgarium, de libro Sapientiæ."

Exstat impress. inter opera, tom. iii. p. 362.

In calce, "Explicit liber tertius feliciter."

C Sequitur Oratio ad Christum tonis instructa.

---

2. Glossæ super textus SS. Evangeliorum plures. f. 78.

Incip. "Convocatis autem xii. discipulis; dat Deus auctoritatem predicandi."

3. Glossæ super librum Danielis prophetæ. fol. 102.

Incip. "Justum deduxit Dominus, etc. Hic habentur tota continencia Danielis et divisio operis et ordinacio parcium."

4. Glossæ super Apocalypsin S. Johannis, cum prologo. D fol. 123.

Incip. "Numquid ad preceptum" etc. "Hec sunt verba Domini ad Job de revelacione divinorum secretorum."

Incip. gloss. "Apocalipsis, etc. Liber iste dividitur in tres partes, in prima parte ponuntur."

Desin. "ipsa at subsequitur, ut ad id quod ostendit etiam impellat."

5. Glossæ super epistolas septem catholicas, cum prologo. fol. 212.

E Incip. "Vidi et ecce quatuor quadrige;" etc. "In hac visione videt sanctus propheta illos quatuor apostolos."

Incip. gloss. "Jacobus Dei," etc. "Beatus Jacobus hanc epistolam scribit xii. tribubus, que facta persecutione in ecclesia."

Desin. "*ante omnia secula*, id est, ante tempus *et nunc* in tempus et *in omnia secula* continua *seculorum*, quod dicitur in eternum, *Amen*, ita fiat."

F

391.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 76, sec. xi., bene exaratus; [ol. 950.]

Isidori, Hispalensis episcopi, Sententiarum libri tres, prævia capitulorum tabula.

Tit. "Incipit liber Sentenciarum primus a Domno Ysidoro Ispalense editus."

Desin. abrupte in cap. ult. de exitu verbis, "quanta valuerit exortacione conpescitur;" in edit. Colon. Agrip. p. 477, A 7.

Sequuntur versus leonini; incip.

"Fert animis usum . quod habet scriptura reclusum."

392.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 96, sec. xii., binis columnis bene exaratus; [ol. 1430.]

1. Hugonis de Sancto Victore liber de arrha animæ, cum prologo. fol. 2.

Exstat impress. inter opera, ed. Venet. 1588, tom. ii. fol. 104.

In calce, "Explicit liber de arra animæ."

2. Ejusdem Hugonis Summa Sententiarum, septem tractatibus comprehensa. fol. 22.

Tit. "Incipit liber sententiarum magistri Hugonis de fide et spe et caritate."

Ibid. tom. iii. fol. 186 b.

Desin. lib. vii. qui in codice Gualtero de Mauritania adscriptus est, in verbis, "nisi causa fornicationis," in edit. cit. tom. iii. fol. 217 b, col. 2, l. 1.

Titulus lib. vii. est, "Incipit tractus magistri Walteri de Mauritana de conjugio compositus." fol. 77.

3. Fragmenta seu excerpta [ex S. Gregorii Magni Moralibus super Job]. fol. 89.

Incip. "Sancti viri et ex Deo loquuntur et coram Deo;" ut inter opera, tom. i. col. 717, A 11.

393.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 92, sec. xiv. exeuntis; [ol. 935.]

Martyrologium, per anni circulum.

Incip. "A. ix. kalend. Januarii. Vigilia natalis Domini. Apud Antiochiam Syrie."

In calce lectiones sunt de Corpore Domini, collectæ, et Sequentia "Lauda Syon Salvatorem."

394.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 117, secc. xi. exeuntis et xii. exeuntis; quondam Samsonis Johnson; [ol. 1348.]

1. Anonymi cujusdam Chonicon præcipue Romanum a Nino, primo rege Assyriorum, usque exitum Heraclii Imperatoris, circa annum Christi 640. fol. 1 b.

Incip. "Nynus fuit rex primus qui regnavit super Assyrios, ante illum omnes gentes in pace erant. Ipse primus cepit pugnare et primam pugnam fecit cum Zoroaste, rege Bractrianorum, qui fuit magus."

Desin. "Heraclonas cum matre sua Martina anno ii. Cyrus Alexandriæ, Sergius et Pirrus

regie urbis episcopi Acephalorum heresim instaurantes." A

Sequitur, manu altera, 'Sermo de adventu Domini;' incip. "Sapientis providentia rerum exitus solet metiri."

---

2. Expositio brevis super Octateuchum; [initio et fine mutil.] fol. 32.

Incip. in verbis super cap. ii. Geneseos "—centes affer, affer. Et terram manducabis, hoc est terrenorum perdicione saciaberis." B

Incip. expos. in Exodum prologus, "Omnis scriptura divinitus inspirata ad hedificationem."

Incip. expos. "Mortuo autem Joseph et fratribus ejus creverunt filii Israel."

Defic. liber, "quo facilius ad ea que restant ex"——

395.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 87, sec. xv., nitide exaratus; [ol. 1079.] C

1. Anonymi cujusdam libellus in laudem Caritatis, cum prologo; *Italice.* fol. 1.

Tit. "Qui comenza lo prologo in laude de la caritade."

Incip. prol. "Servo de Christo N. 'Gustate e videte' etc. Pensando mi fratello karissimo como la dilectione nostra a la mia memoria."

Incip. lib. "Noi conosceno tanti e molti laudatori che ha hanuto." D

2. Expositio in Cantica Canticorum, cum prologo; *Italice.* fol. 5 b.

Tit. "In comenza lo prologo in li canti de li canti."

Incip. prol. "In questo se gloria quello che se gloria."

Incip. lib. "Basime me con lo baxo," etc. "De mente che noi siamo in lo corpo."

3. Soliloquia mentis ad Dominum; etc.; *Italice.* fol. 60.

Tit. "In comenza li soliloquii." E

Incip. "Le mie parole sie ate o principe de li seculi."

4. Tractatus de relatione inter Angelos et Homines; *Italice.* fol. 65.

Incip. "Lo signore idio si ha creato li anzoli et li homini a cognoscerese."

5. Capitula de confessione et caritate; *Italice.* fol. 77 b.

Incip. "Se tu voi che per virtu de sacramental confesion." F

396.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 40, sec. xv. ineuntis; binis columnis exaratus; quondam eccl. B. M. V. in Ebirbach; [ol. 1173.]

S. Augustini, ep. Hipponensis, Sermones viginti ad fratres in Eremo.

Tit. "Aurelii Augustini Yponensis episcopi incipiunt sermones ad fratres suos in heremo apud Yponem de margaritis regularis institucionis."

Exstant impress. inter opera, tom. vi. App. col. 305. Ult. in edit. signatus est numero xxii.

397.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 156, sec. xiii. exeuntis, haud eadem manu exaratus.

1. Petri Lombardi Sententiarum libri quatuor in compendium redacti, cum prologo. fol. 7.

Incip. prol. "Considerandus ego in venerande memorie magistri Petri qui Sententiarum."

Incip. opus, "De sacra scriptura pro modulo nostro tractaturi."

Desin. "letabitur enim justus, cum viderit vindictam peccatorum."

Præcedunt,

a. Versus de septem proprietatibus aquarum, de septem petitionibus Dominicis, etc. fol. 1.

b. Sermo in istud "Caritas fraternitatis maneat," etc. fol. 1 b.

Incip. "Duo per ordinem connectuntur in verbis istis."

c. Versus de S. Eucharistia. fol. 4 b.

Incip.

"Candida triticea tenuis non magna rotunda."

d. Versus de septem peccatis mortalibus. fol. 4 b.

Incip. "Fastus.

"Jacta te, simula, nova fac, contende moneque."

e. Sententia Excommunicationis semel per annum ex consensu capituli generalis proferenda. fol. 5.

Incip. "Excommunicamus omnes proprietarios ordinis nostri."

f. Versus de istis præcipue in Sermonibus insinuandis, etc. fol. 5 b.

Incip.

"Hec sunt præcipue sermonibus insinuanda."

---

2. Anonymi cujusdam Summa de dictis Catholicorum, in qua de articulis fidei, de septem sacramentis, de septem virtutibus et vitiis, etc. cum prologo. fol. 106.

Incip. prol. "Ad instructionem juniorum quibus non vacat."

Incip. opus, "Simbolum est omnium credendorum ad salutem."

Desin. "quia si eque vel magis diligeretur, tunc foret mortale."

Sequuntur,

a. De creatura duplici. fol. 152 b.

b. Distinctio inter peccatum, vitium et delictum. fol. 152 b.

c. De Deo. fol. 153 b.

In calce scriptitavere possessores forsan nomina, "Thomas Peinton, Gulielmus Stapletonus."

398.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 189, secc. xii. et xiii. ineuntis; quondam eccl. B. Mariæ Ursicampi; [ol. 1294.]

1. S. Isidori Hispalensis Testimoniorum contra Judæos libri duo ad Florentinam, cum prologis et capitulorum tabulis. fol. 1.
   Tit. i. "Incipit liber testimoniorum Ysidori contra Judeos."
   Exstant impress. inter opera 1617, sub titulis, 'De nativitate Domini,' etc. et 'De vocatione gentium,' pp. 367, 379.
   In calce, "Explicit liber secundus Ysidori contra Judeos."
2. Versus Guidonis Augensis [Ambianensis] de Musicæ usibus carmen, cum prologo. fol. 22.
   Incip. prol.
   "Canonico monachus sancto sancti gregis acus."
   Incip. carmen,
   "Incipiunt versus quos musica servet in usus."
   In calce, "Explicit musica manualis secundum Guidonem Augensem."
3. Eucherii Lugdunensis [liber de quæstionibus Veteris et Novi Testamenti.] fol. 23.
   Incip. in verbis, "de hoc quod scribitur, priusquam producant;" in edit. Basil. 1531, p. 262, l. 31.
   In calce, "Explicit liber Eucherii."
4. Tractatulus de peccato originali. fol. 32.
   Incip. "Deus servabit filiis illius iniquitatem Patris;" etc. "Horum prima absolutio hec est, Originale peccatum a parentibus trahimus."
5. S. Isidori de officiis liber, cum præfatione et capitulis. fol. 34.
   Tit. "Incipit liber S. Ysidori episcopi de officiis."
   Inter opera, p. 391.
6. [M. A. Cassiodori] Expositio super Cantica Canticorum, cum prologo. fol. 45.
   Incip. prol. "Salomon inspiratus divino Spiritu composuit hunc libellum."
   Incip. "Osculetur; etc. Desiderantis vox est synagoge," ut inter opp. 1679, tom. ii. p. 505.
7. S. Augustini Liber de fide vera. fol. 84.
   Exstat impress. inter opera, tom. vi. App. col. 19.
   In calce, "Explicit liber S. Augustini de vera fide."
8. Ejusdem Expositio epistolæ S. Pauli ad Galatas, cum retractatione præmissa. fol. 100.
   Tit. "Incipit expositio Sancti Augustini in epistola ad Galathas."
   Ibid. tom. iii. col. 941.
9. Versus de Sacramentis rhythmici, auctore forsan Laurentio Dunelmensi. fol. 117.
   Tit. "Incipit prologus super versus de sacramentis."
   Incip.
   "Quisquis nostri redemptoris vestiris imagine,
   Et divine delectaris sacramentis pagine."
   In calce, "Finiunt versus de sacramentis."
10. Laurentii Dunelmensis Poema quod dicitur Hyponosticon, sive Abbreviatio Testamenti Veteris et Novi, libris novem comprehensum, cum prologo ad Gervasium, oratione ligata. fol. 126.
   Tit. "Ipponnosticon Laurentii Dunelmensis monachi de veteri et novo Testamento."
   Incip. prol. "Omnis ars vel disciplina, mi Gervasi, spei ratione pretendit."
   Incip. opus,
   "Principium rerum sine tempore tempora formans
   Et formata regens regnat ubique Deus."
   Desin.
   "Ipseque principium rerum jam fiet earum,
   Finis fine tamen principioque carens,
   Noster et iste liber qui primum cepit et ipso,
   Completus per eum desinat hic in eo."
11. Glossæ super Testamentum Novum fragmentum, cum prologo. fol. 185.
   Incip. prol. "Fecit Deus duo magna luminaria;" etc. "Duo hec luminaria duo sunt testamenta, que luminaria dicuntur."
   Incip. gloss. "Matheus, etc. Primum Jeronimus ostendit unde Matheus oriundus fuit."

399.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 97, sec. xii. exeuntis, bene exaratus; [ol. 1074.]

Hugonis de S. Victore de Sacramentis fidei liber in partes octodecim distinctus, cum prologo et tabula.
   Tit. "Incipit Hugo de Sacramentis."
   Exstat impress. inter opera, ed. Venet. tom. iii. fol. 264 b.
   In calce,
   "Finito libro, sit laus et gloria Christo."
   Sequitur excerptum ex S. Gregorii super Job Moralibus.

400.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 54, sec. xiv., binis columnis exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1363.]

. Peregrini, ord. Præd. monachi, Sermones Dominicales.
   Tit. "Dominica prima Adventus Domini."
   Incip. i. "Ecce rex tuus;" etc. "In hiis verbis propheta consolabatur sanctos patres."
   Exstant impress. variis nonnullis in initio, sine loco 1481.
   In calce, "Explicit Peregrinus; bonus liber."

401.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 6, sec. xiii. exeuntis; [ol. 531.]

[Synodi Moguntinæ, ut videtur, Statuta varia ad clericos et alia spectantia.] A

Tit. " Statuta Papalia."

Incip. " Cum ea que salubriter circa pravos seu advocatos causam legali sanctione fuerint promersa."

Canones, qui hic exhibentur, e Statutis Lugdunensibus præcipue sunt confecti.

Desin. " monentur omnes seculares ne manum mittant in res clericorum decencium, et qui secus fecerint, excommunicentur." B

402.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 2 et 219, secc. xiv. xiii. et xv.; quondam Danielis Birkhead " ex dono ornatissimi magistri Anth. Maxton;" [ol. 1109.]

1. Epistolarum formulæ monialium aliarumque. fol. 1.

Incip. i. " De protectione regis et liberorum. Regi extra patriam que tibi natale prebuit." C

Ult. est " de Salve Regina" et desin., " plenam tibi auctoritate presencium concedimus facultatem."

2. Laurentii Aquileiensis Practica Dictaminis. f. 6 b.

Tit. " Incipit practica sive usus dictaminis magistri de Aquilegia edita Bononie."

Incip. " Universis tabellionibus civitatis Bononiensis;" etc. " Quoniam ob acquisitionem debite nobis scientie." D

---

3. Gulielmi Grenfeld, archiep. Ebor. epistola ad decanum de Pontefracto, de rectore ecclesiæ de Wilmerley male habito. fol. 15 b.

Dat. Cawode vi. Novembr. mcccxv.

4. Exordia quædam et conclusiones ex Senecæ epistolis; etc. fol. 16.

Titulum præmisit manus recentior, " Incipiunt exordia Senece cum conclusionibus sequentibus, que exornant epistolare dictamen." E

Incip. " Ordo rationis expostulat ut amicorum precibus."

5. Cartæ sex ad concessionem ecclesiæ de Wollover cum capella de Teuton in manus abbatiæ de Alnwick; dat. 1313. fol. 28 b.

Ad fol. 30 resignatio est eccl. de Wollover per Robertum de Eryum tunc rectorem.

6. Rogeri de Setoun, canonici Ebor. Carta de ecclesia de Conescliva, Dunelm. dioc.; dat. Dunelm. mens. Sept. 1275. fol. 31. F

---

7. Edwardi [III.?] littera missa papæ super pluribus beneficiis. fol. 31.

8. Ejusdem litteræ aliæ ejusdem momenti; dat. Wyndsour, 10 die . . . . anno regni xi. fol. 31 b.

---

9. Sermo R. de Sancto Victore in istud, " Ductus est Jhesus in desertum." fol. 32.

Tit. " Sermo magistri Anchardi de Sancto Victore."

Incip. " De serie leccionis evangelice sufficit huc usque; In sermone presenti non oportet progredi ultra."

10. Simonis de Gandavo meditatio de statu Prælati. fol. 44 b.

Tit. " Meditacio sancte recordacionis domini Simonis de Gandavo, quondam Sarum episcopi et sacre theologie doctoris, de statu prelati."

Incip. " Solus aliquociens sedens et cogitans."

11. Versus rhythmici ad monachismum hortantes. fol. 46 b.

Incip.

" Si nescis quid sis . et quid sis discere queris."

* * *

" Esse potens Goky . si vis monstrare quid est i."

* * *

" Dic nescire nego . sum Babewynus ego."

12. Hugonis de S. Victore Soliloquium de arrha animæ. fol. 47.

Tit. " Incipit liber magistri Hugonis de arra anime."

Inter opera, ed. Venet. tom. ii. fol. 104.

13. " Idem Hugo de concordia justitiæ, misericordiæ, veritatis et pacis." fol. 54 b.

Incip. " Misericordia et veritas obviaverunt."

14. Ejusdem nonnulla " de tribus bonis, quibus placatur Deus." fol. 55.

Incip. " Judicabo tibi, o homo, quia et Deus."

15. [Johannis Hoveden] carmen " de philomena animæ Christianæ comparata meditanti statum et opera Salvatoris." fol. 55.

Præcedit præfatio brevis, prosaice, incip.

" Ceterum ad excitandum mentem fidelis."

Incip. carmen,

" Philomena previa temporis ameni,
Que recessum nuncians ymbris atque sceni."

Exstat impress. inter Bonaventuræ opera, tom. vi. col. 445.

In calce, " Explicit tractatus de philomena devotissime compilatus."

16. Anonymi cujusdam expositio super hymnum, ' Magnificat.' fol. 57 b.

Incip. " Magnificat;" etc. " Magnificat voce, magnificat opera, magnificat affectu."

17. Expositio xii. ramorum ligni vitæ. fol. 60 b.

Incip. " Christo confixus sum Dei cruc.i"

Desin. " per crucem tuam petimus obtinere ad laudem sanctissimi nominis tui, Cui;" etc.

18. Johannis Wallensis, seu de Walleys, " Breviloquium de virtutibus antiquorum principum ac philosophorum." fol. 71.

Incip. " Quoniam misericordia et veritas;" ut in edit. Lugd. 1511.

In calce, " Explicit tractatus fratris Johannis Wall. de virtutibus."

19. Loci communes. fol. 90 b.

Incip. " Commendabilius est studium virtutis studio scientie." A

20. Sermones breves de adventu Domini, etc. fol. 95.
Tit. i. " De apostolis Petro et Paulo.
Incip. " Vidi et ecce Candelabrum;" etc. " Zacharias propheta hanc visionem vidit."
In margine inferiori notatur, " Iste sermo reperietur in libro qui dicitur Lucidarius;" [Anselmi forsan Elucidarium.]

21. [Nicodemi] Evangelium de gestis Domini. fol. 117.
Tit. " Incipit gesta Salvatoris Domini nostri Jhesu, que inseruit Theodosius magnus Imperator in Jerusalem in pretorio Poncii Pilati in codicibus publicis." B
Incip. " Factum est in anno octavo decimo imperii Tiberii Cesaris imperatoris."
Exstat nonnullis ad initium variantibus in Fabricii Cod. Nov. Test. Apocr. pp. 238–295 usque ad verba, " in codicibus pretorii sui;" quibus in codice succedunt

a. Epistola Pontii ad Tiberium. fol. 129. C
Ibid. p. 298.

b. Punitio Pilati et revelatio imaginis Christi. fol. 129 b.
Incip. " Hanc Pilatus Claudio epistolam direxit, adhuc vivente Tiberio."

---

22. Roberti Grostete, ep. Lincoln., Sermones de diversis ad Fratres Mendicantes. fol. 133.
Incip. i. " Pauper et inopes laudabunt nomen tuum; Canitur hodie in laudem beati Martini." D
Cf. Tanner. Bibliothec. p. 349, seq.

23. De animalium proprietatibus virtutibus et vitiis hominum adaptatis. fol. 203 b.
Incip. " Quia secundum Apostolum Invisibilia Dei per ea que facta sunt."
Defic. in verbis, " in Silentio et spe erit fortitudo"——

403.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 233, sec. xiii. exeuntis; binis columnis exaratus; quondam Hugonis Mellyng, postea Josephi Maynard; [ol. 1110.] E

Jacobi de Voragine Legenda aurea, seu sermones de Sanctis, cum prologo.
Tit. " Incipit prologus super legendas Sanctorum quas compilavit frater Jacobus nacione Januensis de ordine fratrum Predicatorum."
Incip. " Universum tempus presentis;" ut in editt. impress. F
Prologo succedit tabula legendarum, numero clxxxiii.
Præcedit tabula rude delineata Christum exhibens super thronum sedentem judicii et ad pedes beatos maledictosque.
In calce codicis, " Precium hujus libri est xxvi. s. viii. d."

404.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 44, sec. xvii. ineuntis; [ol. 808.]

Translatio præfationis Hebraicæ, quam Bombergi Bibliis præfixit Judæus quidam Tanetanus, eorundem Bibliorum corrector ad prelum; [manu Willelmi Bedwell, vicarii de Tottenham.]
Incip. " Laudetur Creator, qui etsi vere existat tamen est invisibilis."
Præfixit manus librarii, " Ad D. Ethelbur. Lond. 1610 Julii 6, Tottenhami, correxi opera et auxilio honestissimi viri Jacobi Wulffgangi, Judæi."
Ad calcem, " Aug. 7. A. 1610. ho. vi. antemerid. Londini."

405.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 76, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 811.]

Alberti Magni, sive cujuscumque sit, Compendium Veritatis Theologicæ in septem partes distinctum, tabulis capitulorum instructum.
Tit. " Incipiunt tituli primi libri singulorum capitulorum theologice veritatis."
Exstat impress. inter Alberti Magni opera, et alibi; tributumque est Bonaventuræ, Petro Thomæ, Hugoni Argentoratensi et aliis.
In calce, " Explicit compendium theologice veritatis."

406.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 88, sec. xiii. ineuntis; bene exaratus; [ol. 812.]

1. Gaufridi Prioris [Vosiensis?] carmen super librum Maccabæorum; libris tribus. fol. 1.
Tit. " Incipit opus Gaufridi prioris de Templo super libros Machabeorum."
Incip.
" Bella quidam p. . . . descripsit hominum;" pagina vero prior adeo detrita est, ut vix legi potest; in pagina sequenti poema sic continuatur,
" Possem quidem quemque suo denotare nomine,
Iovem tamen patienter expecto cum tempore."
Intitulatur liber tertius, " De septem libris Josephi," et incip.
" Continuare volumus quedam que dicit Josephus."
Desin.
" Princeps Zorobabel Hesdras quoque scriba redirent."
In calce, " Explicit liber tertius."

2. S. Hieronymi versus et Damasi. fol. 65 b.
Incip.
" Jer. Psallere qui docuit dulci modulamine sanctos."
Inter ff. 65 b.——et 70 inseruit manus recentior carmen de Hierosolymis a Tito captis, incip.

"Patet in hoc speculo gestorum res horrenda,
Valde magna destruccio factaque timenda."

3. S. Hieronymus de mobilitate mentis, versibus decem heroicis. fol. 70.
Incip.
"Nescit mens nostra fixum servare tenorem."

4. Prolegomena in Psalterium varia; scilicet,

a. S. Hieronymi interrogationes. fol. 70.
Incip. "Ubi cantati sunt psalmi primo? In celo."

b. De regulis Psalmorum. fol. 71.
Incip. "Quod sunt regule, que currunt."

c. Prefacio alia. Eusebius et Ieronimus Sofronio suo. fol. 71.
Incip. "Scio quosdam putare Psalterium."

d. Dictum Origenis. fol. 72 b.
Incip. "Quid est Psalterium?"

e. Dialogus de nomine et qualitate Psalterii. fol. 72 b.
Incip. "Quare psalmi dicuntur."

f. Prefatio Ieronimi presbiteri in secundo libro. fol. 74 b.
Incip. "Christo donante exponimus."

g. Ejusdem prologus in libro quarto. fol. 75.
Incip. "Psalterium inquirendum est."

h. Prologus in libro v. Hic est prologus Ieronimi quem misit ad Damasum papam et ad Dei famulas S. Paulam et ad Eustochiam. fol. 77.
Incip. "Quid eis misit."

i. Ieronimus ad eosdem. fol. 77 b.
Incip. "Scire debetis, qui sunt psalmi."

k. Prefatio Sancti Ieronimi presbiteri. fol. 78.
Incip. "Quomodo dicitur psalterium."

l. Cassiodorus. fol. 80 b.
Incip. "Beatus Ieronimus prophetiam Psalmorum."

m. Origo prophetie David regis psalmorum numero cl. fol. 81.
Incip. "David filius Jesse."

n. Prefatio S. Ieronimi ad Paulam et Eustochiam. fol. 81 b.
Incip. "Psalterium Rome dudum."

o. Epistola Damasi pape ad Ieronimum, cum rescripto. fol. 82.
Incip. a. "Dum multa corpora." b. "Legi litteras."

p. Sermo Ieronimi presbiteri. fol. 83.
Incip. "Ieronimus ad Marcellam scribens ait; In tribus linguis."

q. Dicta beatissimi Augustini quot sunt virtutes Psalmorum, fol. 84.
Incip. "Canticum psalmorum animos decorat."

r. Prologus S. Ieronimi presbiteri. fol. 84 b.
Incip. "Omnem prophetiam ad Christum referendam esse."
Desin. "vinea optima, benedicta maneat in secula. Amen."

A

407.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 18, sec. xvii.; [ol. 816.]

Radulphi, archiep. Cantuar. epistola ad Calixtum papam II. querentis de injuria sibi et ecclesiæ Cantuariensi illata in consecratione archiepiscopi, et in causis ecclesiæ Eboracensis.
Exstat impress. in Wilkins. Concil. tom. i. p. 396.

B

408.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 139, sec. xv., quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1189.]

Jacobi de Voragine, sive cujuscumque sint, sermones Dominicales a Dominica scilicet Pentecostes ad Dominicam post festum xxv. inclusive.
Tit. "Hic incipiunt sermones Jacobi de Voragine, Amen."
C Erasit aliquis Jacobi nomen, nec consentiunt homiliæ cum editt. impress.
Præcedunt sermones sex de Spiritu Sancto et de S. Trinitate, incip. "Emitte Spiritum, etc. Christus promiserat ante ascensionem suam."
Incip. serm. i. Dominic. "Homo quidam erat," etc. "Notandum quod dives iste fuit."
Incip. ult. "De quinque panibus et duobus piscibus;" etc. "Notandum quod quidam sequebantur Dominum, ut per ejus doctrinam salvarentur."
D

409.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 126, sec. xiii. exeuntis; quondam eccl. S. Albani, ex dono Willelmi [de Trumpington?] abbatis; [ol. 1522.]

1. Hugonis de S. Victore de arca morali libri quatuor, prævia capitulorum tabula. fol. 4.
Tit. "Incipiunt capitula in tractatu magistri
E Hugonis de archa Noe in una serie digesta."
Exstant impress. in edit. Venet. tom. ii. fol. 136 b.
Sequitur sine ullo intervallo,

2. Ejusdem de arcæ mysticæ descriptione libellus. fol. 40.
Exstat ibid. tom. ii. fol. 131 b.
In calce, "Explicit expositio magistri Hugonis de visibili pictura arche quam ipse fecit secundum misticum intellectum."

F 3. De tribus Dei invisibilibus, ex eodem? fol. 51.
Incip. "Invisibilia," etc. "Tria sunt invisibilia Dei, Potentia, Sapientia, Benignitas."

4. Quot modis res subsistant. fol. 53.
Incip. "Tribus modis res subsistere habent in actu, in intellectu, in mente divina."

5. De studio orandi. fol. 53 b.
Incip. "Quo studio et quo affectu a nobis orandum sit."

6. Sermo de monte. fol. 54 b.
Incip. "Ibo mihi ad montem;" etc. "Sponsus quidam hic loquitur."

7. De quinque Septenis. fol. 58.
Incip. "Quinque septena;" ut in edit. cit. tom. i. fol. 153 b.

8. In die Pentecostes. fol. 61 b.
Incip. "Dum complerentur dies."

9. De decem præceptis. fol. 63 b.
Incip. "Dedit Dominus Sancto Moysi."
Defic. in verbis, "ut diem sabbati sanctifices. Sex dies"——

10. [Ricardi de S. Victore] Benjamin Minor seu liber de præparatione animi ad contemplationem. f. 64.
Exstat impress. inter opera, p. 114.

11. Anonymi cujusdam liber de contemplatione sive de interiori homine, in capitula lii. distributus; prævia tabula. fol. 95.
Tit. i. "De terminatione mali et promotione boni."
Incip. "Quid est tibi mare, quod fugisti," etc. "Exclamatio est vox ista prophete cum admiratione, admiratio cum exultatione."
Desin. cap. ult. cui tit. "de quiete contemplationis," "ad majora optinenda promoveri non meretur."

12. Liber in istud, 'Beatus vir cujus est auxilium abs te;' Ps. 83, 6. fol. 116.
Incip. "Tres sunt ascensiones Christi, in actu nostri quoque tres, Prima in actu, Secunda in affectu, tercia in intellectu."
Desin. "In tercia per mentis excessum immortali sponso conjungitur."
In pagina prima notatum est, "Hunc librum dedit domnus Willelmus abbas Deo et ecclesie Sancti Albani, quem qui ei abstulerit aut titulum deleverit aut quacumque translationis specie ab ecclesia memorata alienaverit, anathema sit; Amen."
Sequitur Index Contentorum et ad fol. 3 b, tabula picta et deaurata abbatem exhibens coram tribus monachis legentem.

410.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 113, secc. xi. ineuntis, xii. et xv.; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1071.]

1. S. Eustachii sociorumque Passio, carmine heroico. fol. 1. b.
Tit. "Incipit vita et passio beati Eustachii et uxoris filiorumque ejus."
Incip.
"Rex aeterne poli mundani rector et orbis,
Exaudire tuum servum dignare precantem."
Desin.
"Regnat et exstat cuncta per immortalia saecla. Amen. Finit feliciter."

A 2. Walafridi Strabi seu Strabonis, de visionibus Wettini liber, cum prologo ad Grimaldum. f. 18.
Tit. "Incipiunt visiones Wettini a Walahfrido editae."
Exstat impress. in Canisii Lectt. Antiqq. ed. 1725, tom. ii. part. ii. p. 204.

3. Vita S. Brandani, seu Brendani, Hibernici, in capita xxv., distincta. fol. 40 b.
Tit. "Incipit vita Sancti Brendani."
Incip. "Sanctus Brendanus filius Finlocha ne-
B potis Althildæ."
Desin. "inter manus discipulorum gloriose migravit ad Dominum; Cui est honor;" etc.

4. Visio Drithelmi. fol. 68 b.
Incip. "Anno ab Incarnatione Domini sexcentesimo nonagesimo sexto miraculum memorabile."
Desin. "verbo et conversatione profuit ad salutem."
In calce, "Explicit visio Drithelmi."

C 5. Visio Salvii episcopi. fol. 73 b.
Incip. "Hic enim ut ipse referre erat solitus diu in habitu seculari."

---

6. Libellus de miraculis B. M. Virginis, cum prologo. fol. 78.
Tit. "Incipit prologus miraculorum sancte Dei genitricis Marie."
Incip. prol. "Ad omnipotentis Dei laudem cum sepe recitentur."
D Incip. lib. "Fuit in Toletana urbe."
Cf. Joh. Herolt Promptuarium edit. Argent. 1492.

7. Vita Theophili abnegantis Deum, 'qui postea conversus meruit indulgentiam delictorum suorum per interventum sancte Dei genitricis Marie.' fol. 90.
Incip. "Factum est, priusquam incursio fieret execrande Persarum gentis, fuisse in una civitatum Cilicie."

E 8. Bertrandi de Turre Sermones mortuorum; in calce mutil. fol. 95.
Tit. "Incipiunt sermones mortuorum editi a reverendo in Christo domino Bertrando de Turre, episcopo Tusculano sacreque theologie doctore, de ordine Minorum."
Incip. i. "In diebus illis audivi vocem de celo; etc. Propter quandam visionem ostensam."
Desin. sermo xviii. in verbis, "et profiteris esse ducem cecorum"——

F

411.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 127, sec. xiv., haud manu eadem scriptus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1070.]

[Philippi de Janua sive de Monte-Calerio] Sermones Dominicales.

Tit. "Incipiunt sermones Magistrales de tempore usque ad Pascha."

Incip. "Erunt signa in sole;" etc. "Sciendum est quod duo sunt inter alia que retrahunt hominem a malo."

Incip. ult. cui titulus "Dominica ii. post octavam Pasche; Modicum et jam videbitis me, etc. Nos videmus per experienciam."

Defic. in verbis, "tempus fuit modicum"——

A

412.

B

Codex membranaceus, in 4to, ff. 144, sec. xii. exeuntis; binis columnis bene exaratus; [ol. 1068.]

Ruperti Tuitiensis de Officiis Divinis liber in capitula cccxlvi. distributus.

Tit. "Incipit liber de institytionibus ecclesiasticis."

Exstat impress. ed. Ferrario, Rom. 1591, p. 465.

Præcedit tabula capitulorum, quorum ultimum, 'De nocturnalibus lectionibus.' Quod in edit. Ferrariensi occurrit ultimum non in cod. MS. invenitur.

C

413.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 8 et 173, sec. xii. exeuntis; bene exaratus et servatus; quondam Augustini Lindsell, præbendarii Dunelmensis, ex dono amantissimi Antonii Maxton præbendar. ibidem; [ol. 970.]

D

Vita et Miracula S. Godrici, Eremitæ de Finchale, auctore Reginaldo, monacho Dunelmensi, cum epistola Reginaldi, argumento, capitulorum tabula et prooemio.

Tit. Ep. "Incipit epistola domino Hugoni Dunelm. episcopo destinata."

Tit. vitæ, "Incipit vita venerabilis viri Dei Godrici heremite de Finchale."

E

Exstat impress. impensis societatis Surtees. in 8vo. Lond. 1847, in cujus præfatione descriptus est codex noster, p. xv.

In initio et fine inserta sunt folia quindecim ex codice alio, charactere minuto sec. xiii. forsan exarato, in quibus glossæ super Theophili de urinis librum, etc.

414.

F

Codex membranaceus, in 4to, ff. 101, sec. xv., quondam Johannis Pye, postea Jacobi, Armachani archiepiscopi; [ol. 836.]

Johannis Felton, eccl. B. Mariæ Magdalenæ apud Oxonienses vicarii, Sermones super Evangelia Dominicalia per anni circulum; cum præfatione.

Incip. præf. "Penuria studencium in materia morali paupertasque juvenum."

Incip. serm. i. "Dominica prima adventus Domini. Dicite filie Syon;" etc. "Sciendum est quod gratia Dei est nobis necessaria."

Desin. ult.

"Gloria, laus, requies, amor et concordia dulcis;
Ad illa gaudia eterna perducat nos," etc.

In calce, "Expliciunt Sermones Dominicales per annum per vicarium Magd. Oxon. horum collectorem."

Sequitur tabula alphabetica, cum expositione annexa; incip. "Sciendum est quod in ista tabula."

Deinde notitiæ; [*manu* sec. xv.,]

a. "Orate specialiter pro bono statu Ric. Lye et Margaretæ consortis ejus;" necnon pro Thoma et Johanna Lye, et pro Willelmo et Alienora Hybbe.

b. "Orate pro bono statu Edwardi Infall et Alicie uxoris ejus et pro animabus Cristoferi Hachars et Margerie uxoris ejus et Johanne Infall et Thomæ Infall et Johanne uxoris ejus et Margaree Rammys et pro omnibus fidelibus defunctis."

c. "Iste liber emptus fuit de Johanne Pye pro xxvi. s."

d. "Orate specialiter pro animabus Richardi Pratt et Margarete uxoris ejus et pro bono statu Henrici Pratt et Johanne uxoris ejus;" etc.

e. "Pro bono statu Johannis Botley et Olivet uxoris ejus et pro anima Agnetis Mayvor."

415.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 182, anno 1294 manu Juttæ virginis apud Alzeiam binis columnis nitide exaratus; [ol. 835.]

[Jacobi de Voragine Legenda aurea, seu Sanctorum vitæ et passiones.]

Incip. i. "De adventu Domini. Adventus Domini per quatuor septimanas agitur;" ut in edit. impress. Daventr. 1479.

Præcedunt,

a. "Passio SS. decem millium martyrum." incip. "Temporibus Adriani et Anthonini Imperatorum."

b. Passio S. Barbaræ virginis, prævio octasticho. fol. 2.

Incip.

"Mox etenim Dominus premisso lumine celi."

Incip. vita, "Temporibus Imperatoris Maximiniani erat quidam Satrapa."

In calce Legend. "Anno Domini m.cc.xc.iiii. Jutta discreta virgo, ordinis Cysterciensis, in monasterio Sancti Spiritus apud Alzeyam complevit hunc librum scribens eum ad peticionem Henrici prespiteri de Schimishem; Laus sit Deo; Amen."

Sequitur vita S. Servacii incip. "In honore gloriosi confessoris Christi et antistitis venerabilis."

A

416.

Codex chartaceus, in 4to majori, ff. 289, sec. xv. anno scilicet 1459 scriptus; utrinque mutil.; [ol. 1479.]

a. Libri, 'quos frater Willelmus Charite scribi fecit.' fol. 50.

b. Libri, quos idem Willelmus scribi fecit et propria manu notavit. fol. 50 b.

c. Libri, quos propria manu scripsit et compilavit. fol. 50 b.

d. Libri, quos W. Charite emit et perquisivit. fol. 51.

In initio et calce folium est unicum rejectitium Registri Brevium fragmenta exhibens.

624

Codex membranaceus, in folio, ff. 186, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; quondam Hugonis Cressy; [ol. 1416.]

Anonymi cujusdam opus dict. 'Summa Summarum sive Speculum Compendii, et Repertorium Juris Canonici,' in libros quinque distributum, cum præfatione.

Tit. "Speculum juris canonici ac reportorium, et vocatur Summa Summarum."

Incip. præf. "Ad honorem et laudem nominis Jhesu Christi quod quando recolo debeo caput inclinare;" etc. "Incipit Speculum compendii et repertorii Juris Canonici per quod quilibet literatus quascunque materias et questiones Juris Canonici cujusquam ponderis faciliter poterit invenire et breviter eisdem materiis et questionibus respondere que continentur in textu et glossis Decretorum et Decretalium una cum Sexto libro et tribus glossis ejusdem et Constitutionibus pape Clementis V. et eciam in Summis Innocencii, Hostiensis, Compostolani, Raymundi, Goufredi et quorundam famosorum in ecclesia doctorum sacre theologie prout cuilibet lectori hujus Summæ plenius apparebit ac etiam in Constitutionibus legatorum Octoboni et in Constitutionibus Provincialibus, videlicet, Oxon. Radyng. et Lambet. Pecham et Bonifacii et statutis Curie de arcubus Londoniarum."

Tit. lib. i. "Incipit liber primus de Summa Trinitate et fide catholica."

Incip. "Quot modis dicitur fides, et quid sit fides? Dic quod fides dicitur multis modis."

Defic. lib. v. in verbis, "factum sit onerosum Extra. de Sump. nonne et Jug. Extra. E. T. qui tacet in glossa Jo. And. libro vi°."——

Exstat exemplar aliud MS. in Biblioth. Coll. Magdal. cxxxiv.

625.

Codex membranaceus, in folio, ff. 217, sec. xv. exeuntis; [ol. 1335.]

Rentale Novum generale monasterii B. Mariæ de Pratis, apud Leicestriam Willelmi Charyte, prioris ibidem, manu propria scriptum.

Præmisit titulum manus recentior, "Rentale Novum generale Monasterii B. Mariæ de Pratis Leycestr. merito inscriptum ab authore 'Memoriale fratris Willelmi Charite prioris ibidem.

Qui hunc librum incredibili labore composuit suaque manu descripsit. Opus tantum aggressus anno 1477 et regis Edwardi 4ti 17. Nam et propria manu scripsisse apparet 25 codices, sive rotulos materiis diversos, quorum ultimum scripsit anno Domini 1502 ætatis sue 81 et post ingressum suum in Religionem 63. Omnia tam accurato methodo congesta, ut nihil possit clarius exprimere perfectissimi administratoris et Œconomi ymaginem."

Plura e codice nostro exscripsit evulgavitque, Joh. Nichols, in Hist. Leicest. App. pp. 53, 67.

In fol. i. verso,

"Has sacras edes pietas construxit avorum,
Quas successores devastant more luporum;"

et inferius in eadem pagina, "Christophorus Thorneton in parochia de Mellyng in comitatu Lancastrie, executor Margarete Calverde."

626.

Codex membranaceus, in folio, ff. 190, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; in calce mutilus; [ol. 1334.]

Huguccionis, seu Huguitionis, Pisani, Vocabularium, ordine alphabetico dispositum; cum præfatione.

Tit. "Incipit prologus super Derivationes Majores."

Incip. "Cum nostri prothoplasti suggestiva prevaricatione dyabolus humanum genus."

Tit. operis, "Incipiunt Derivaciones Huicii."

Incip. "Augeo, –es, auxi –ctum, amplificare, id est augmentum dare."

Defic. sub voce 'zelus,' in verbis, "unde ille homo dicitur zelotipus, qui suspectionem de"——

627.

Codex membranaceus, in folio, ff. 95, secc. xiv. et xv., binis columnis nitide manu Reginaldi de Bugwell partim exaratus; [ol. 1411.]

1. Exempla Epistolarum; [initio mutil.] fol. 1.

Incip. ult. "Multum amicicie libenter exerceo."

In calce, "Explicit hoc opus, Deo gratias, Amen. Adjutorium nostrum."

Sequuntur, manu recentiori, "Versus pro tabula ad tumbam domini Henrici quinti, nuper regis Anglie."

Incip.

"Inclitus Henricus . Anglorum rex et amicus,
In numero quintus . jam mortuus hic jacet intus."

Desin.

"Quem tegit ista petra . salvet Deus a nece tetra,
Et sibi scripta metra . prosint Amen; ego petra."

2. Provinciale Episcopatuum Universorum. fol. 3.

Tit. "Incipit liber, qui dicitur Provincialis."

Incip. "In civitate Romana sunt quinque ecclesie patriarchales; videlicet, Ecclesie sancti Johannis Lateranensis."

3. Martini Strepi, Poloni, Chronicon Imperatorum Pontificumque Romanorum, [cum continuatione a

morte Honorii papæ IV. per Theodericum de Niem scripta.] fol. 9.

A Tit. *manu altera*, "Cronica Martini de Imperatoribus et summis Pontificibus."

Incip. prol. "Quoniam scire tempora;" ut in editt. impress.

Ad fol. 48 b, post Celestini IV. papæ mortem occurrunt nonnulla de Imperio, in editt. omissa, incip. "Romanum imperium post mortem sive post depositionem Frederici secundi ab imperio cepit vacare."

B Desin. "et sanus ad propria cum gaudio remeavit. Explicit de Imperatoribus."

In margine fol. 52, sub annis scilicet 1287, scripsit manus coæva "Explicit Cronica Martini. Huc usque scripsit Martinus et non ultra."

Deinde "Numerus suprascriptorum Pontificum est xcv. ex quibus lxxxviii. fuerunt nacione Romani."

Continuatur historia, "Nicholaus iiii. nacione Lombardus habebat papatum m°.cc°lxxxviii°. de

C Esculo civitate de Marchia;" ut in Eccardi Corp. Hist. Medii Ævi, tom. i. col. 1462; et desin. "elegitque vocari Benedictus;" ut ibid. col. 1494, l. 31.

In calce, "Explicit Cronica Martiniana."

4. Summarium capitulorum totius Bibliæ. fol. 61.

Tit. "Incipiunt primo Capitula Genesis et postea aliorum librorum."

Incip. "In primo capitulo Genesis narrat quid Deus in septem diebus operatus est."

D Præmisit titulum manus secunda, "Progressus Biblie, tam Veteris quam Novi Testamenti."

Desin. in lib. Actuum "quo Paulus faciens ignem mordetur a vipera et quomodo sanavit principem Insulor [*sic*] et quomodo rediit Romam."

In calce, "Expliciunt capitula supra totam Bibliam."

5. Innocentii papæ III. super Psalmos septem Pœnitentiales libellus. fol. 69.

E Tit. "Incipit tractatus domini Innocencii pape tercii de vii. penitencialibus psalmis."

Exstat inter opera ed. Colon. tom. i. p. 208.

6. Barnabæ, art. et phys. professoris, libellus de conservanda oculorum sanitate, cum præfatione ad Bertrandum de S. Genesio, episc. Aquileiensem. fol. 89.

Tit "Libellus de conservanda oculorum sanitate."

F Incip. procemium, "Girum celi fecit Deus, et teram posuit in puncto et hominem de terra formavit."

Incip. lib. "Presentis libelli sunt duo tractatus; primus est de tribus principibus essentialibus."

Desin. "Finis igitur hoc presens opusculum vobis, Domine venerande, ad laudem Dei Omnipotentis et beatissime virginis, sub millesimo ccc^{mo}. xl°. die prima Aprilis, Wenr. Sallariatus ibidem."

In calce, "Explicit libellus de conservanda oculorum sanitate: Riginaldus de Bugwell."

7. Eadgari regis synodus et ad clerum oratio de monachatu propagando. fol. 92 b.

Incip. "Defuncto igitur rege Edwio."

Exstat oratio impress. in Wilkins Concil. tom. i. p. 246.

8. Chronicon breve ad ecclesiam Exoniensem pertinens, usque ad 1394 deductum. fol. 936.

Incip. "Prima etas seculi ab origine mundi usque Noe," etc. deinde, post plura ad historiam generalem pertinentia, procedit, "Anno Domini millesimo quinquagesimo pontificatus sancti Leonis pape noni secundo, imperii vero Henrici secundi undecimo necnon et regni sanctissimi regis et confessoris Edwardi tercii nono, indictione tercia, sub Leofrico, tunc Cridionensi antistite, auctoritate summi Pontificis ac regis, episcopalis cathedra de Creditona ad hanc ecclesiam translata est."

Desin. "et obiit apud Clyst-episcopi tercio die Decembri anno Domini m°.ccclxxxxiiii°."

628.

Codex membranaceus, in folio, ff. 222, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; [ol. 1320.]

Alberti Magni, Ratisponensis, opera, quæ sequuntur,

1. De anima libri tres. fol. 2.

Tit. "Incipit tractatus de anima, cujus tractatus primus est de modo quo cognoscenda est anima. Capitulum primum; et est disgressio declarans, quod scientia naturalis est de anima, et quis ordo ejus."

Exstant inter opera, ed. Lugd. tom. iii. p. 1.

In calce, "Explicit liber de anima secundum fratrem Albertum."

2. De generatione et corruptione libri duo. fol. 86.

Tit. "Incipit primus de generatione et corruptione tractatus."

Exstant ibid. tom. ii. part. iii. p. 1.

In calce, "Explicit Commentum super primum et secundum de generatione et corruptione secundum fratrem Albertum de ordine Predicatorum."

3. Parva Naturalia; scilicet,

a. De sensu et sensato libri tres. fol. 113 b.
Ibid. tom. v. p. 1.

b. De memoria et reminiscentia libri duo. fol. 137 b.
Ibid. tom. v. p. 52.

c. De intellectu et intelligibili. fol. 143.
Ibid. tom. v. p. 239.

d. De origine animæ libri duo. fol. 153.
Ibid. tom. v. p. 185.

A e. De nutrimento et nutribili libri duo. fol. 168.
Ibid. tom. v. p. 175.

f. De motibus animalium. fol. 172 b.
Ibid. tom. v. p. 109.

g. De spiritu et respiratione libri duo. fol. 182 b.
Ibid. tom. v. p. 139.

h. De juventute et senectute. fol. 191 b.
Ibid. tom. v. p. 131.

i. De somno et vigilia libri tres. fol. 195.
Ibid. tom. v. p. 64.

B k. De morte et vita. fol. 215 b.
Ibid. tom. v. p. 159.
In calce, "Explicit liber de morte et vita, Deo gratias."

629.

Codex membranaceus, in folio, ff. 162, sec. xiv., binis columnis, sed haud eadem manu exaratus; quondam, quoad partem priorem Carthusiensium
C apud Moguntiam, quoad alteram Eccl. Ebirbacensis; [ol. 1323.]

1. Anonymi cujusdam Quæstiones, super libro P. Lombardi Sententiarum quarto, cum prologo. fol. 1.
Tit. "Questiones super quarto Sententiarum."
Incip. præf. "Innova signa et immuta mirabilia, etc. Hec verba sunt scripta Eccl. 36, que sic possunt exponi."
Incip. quæst. i. "Samaritanus; etc. In primo
D libro determinavit magister de Deo quem ad rationem sue naturalis perfectionis."
Defic. in verbis, "adhuc erat janua Paradisi clausa, sed illa clausio erat"——

2. Tituli capitulorum libri secundi Sententiarum. f. 13.
3. Secundus liber Sententiarum. fol. 14 b.
4. Anonymi cujusdam Quæstiones super librum Sententiarum secundum, cum prologo. fol. 48.
E Incip. præf. "Qui vivit in eternum, etc. Ecc. xv. In hiis verbis opus Creationis sufficienter exprimitur."
Incip. quæst. "Creationem rerum: Liber totalis Sentenciarum in quatuor parciales libros dividitur, sicut fluvius Paradisi."
Desin. "quia mandatorum Ejus observancia producit, ad quam nobis prestare dignetur Qui est benedictus in secula."
Sequitur tabula quæstionum, secundum Distinctiones, ad cujus calcem, "Expliciunt questio-
F nes secundi libri Sentenciarum."

630.

Codex chartaceus, in folio, ff. 46, sec. xv.; [ol. 1390.]

1. [Actio Petri de Cugneriis, consiliarii Regii, et Petri Bertrandi, Cardinalis et archiepiscopi Senonensis,] de jurisdictione ecclesiastica et politica coram Philippo VI, rege Franciæ habita, A.D. 1329; prævia ejusdem regis epistola. fol. 1.
Tit. "Conquestiones dominorum temporalium de officialibus episcoporum in regno Francie facte regi regni ejusdem."
Exstant impress. in Goldasti Monarch. ed. 1621, tom. iii. p. 1361.
In calce, "Expliciunt jura et libertates ecclesie Gallicane."
Sequitur, "Sentencia seu finalis responsio sacre theologie facultatis magistrorum super Constitutione ab eodem domino, Francorum rege, facta de visione Dei, facie ad faciem, beatarum animarum, et litera, quam sanctissimo domino patri Johanni felicis recordacionis pape xxii. prefati magistri theologie super responsione eorundem concorditer destinarunt; dat. Paris. 2 Januar. 1333."
Incip. "Sanctissimo Patri;" etc. "Ad vestre deducimus noticiam sanctitatis."

2. Epistola B. Augustini de laude beati Hieronymi ad Cyrillum, episcopum Hierosolymitanum. fol. 44.
Exstat impress. inter Hieronymi opera, sed in initio et fine extensior, ed. Vallars. tom. xi. col. 325.
In calce, "Explicit epistola beati Augustini de laudibus beati Iheronimi ad Cyrillum, episcopum Jherosolomitanum, descripta."

631.

Codex membranaceus, in folio, ff. 32, sec. xiv. ineuntis, binis columnis bene exaratus; [ol. 1393.]

Liber Scintillarum, sive Loci Communes, ex SS. Scripturis et Patribus collecti, [Defensori cuidam, Bedæ et Cassiodoro, nonnunquam adscriptus.]
Tit. "Incipit liber Scintillarum de diversis voluminibus; In primis de caritate."
Exstat impress. inter Bedæ opera, ed. Basil. 1563, tom. vii. col. 515.
Desin. codex in cap. "de filiis" fine, edit. cit. col. 600, quod in codice paulo longius est quam in editione; ita enim post "talem habuerit" continuatur, "Triplex est filius, Filius Dei, filius hominis, filius diaboli; Filius Dei est qui semper bona agit que reddit bonum pro malo; Filius hominis est, qui bonum reddit pro bono, malum pro malo; Filius diaboli est, qui semper mala agit, que malum reddit pro bono."

632.

Codex membranaceus, in folio, ff. 192, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; [ol. 1248.]

Summa de dignitatibus et virtutibus clericorum et laicorum, in tres partes distincta, glossis marginalibus perpetuis instructa.
Tit. i. "Summa de dignitatibus et virtutibus

clericorum ac laycorum. Et de viciis et excessibus eorundem."

Incip. "Incipit tractatus de virtutibus et viciis collectus ex jure canonico et civili de quibus prosequendis servatur ordo qui alias scribitur in canone."

Desin. pars tertia, in qua de pœnitentiis et remissionibus agitur, "Sacrilegii Extra. de Sentent. Excomm. C. Cum pro ca. Et ista sufficiant gratia brevitatis."

633.

Codex membranaceus, in folio, ff. 110, sec. xiii., binis columnis bene exaratus, quondam, ut videtur, ecclesiæ Polidensis apud Brunsvicenses; [ol. 1250.]

1. Chronicon ab Adam usque ad annum post Christum natum 1182, ex Honorio Augustodunensi a monacho quodam Polidensi consarcinatum additamentisque variis auctum.

Præcedunt,

a. Prologus considerationi Cronicorum. fol. 1.

Incip. "Eusebius, Cesariensis episcopus, qui ecclesiasticam conscribit historiam, librum cronicorum, hoc est, de temporibus confecit."

b. Epistola Christiani ad Honorium, cum responso. fol. 1.

Incip. "Septiformi spiritu in trina fide illustrato;" ut præmissa sunt ad Honor. Augustod. lib. i. de imagine mundi, in Magn. Bibl. Patrum, Colon. 1618, tom. xii. part. i. p. 932.

Tit. operis, "Incipit excerpta Cronicorum secundum Jeronimum et Honorium."

Incip. "Non est infructuosum;" ut in edit. cit. p. 955, col. 2.

Ad fol. 21 præmissus est ætati sextæ abacus annorum Christi ad annum 1300, interjectis hic illic annotationibus breviusculis, ut ad. an. 1223 notatum, "Hoc anno ecclesia Polidensis exusta est x. kal. Jun. feria tertia in Dominic. Cantate Domino;" et ad. an. 1298, manu alia, "Hoc anno grandines cum ingenti tempestate," etc.

Ad fol. 66 inserta est, ab eadem cum reliquo opere manu, Vita Matildis reginæ, cum prologo.

Incip. prol. "Dum plerique mortalium studio seculari inaniter dediti."

Incip. vita, "Temporibus quondam regis Francorum Conradi dux in tota Germania."

Desin. chronicon, "Anno m.c.lxxxii. Circa festum S. Jacobi dux in exilium abiit."

2. De Pontio Pilato narratio. fol. 95.

Incip. "Regibus olim liberalibus artibus eruditis accidit regem nomine Sirum, Anogoneiensem natione."

Desin. "Jebus et Salem, aliquando vocata est Jebusalem."

3. De Juda traditore. fol. 97 b.

Incip. "Fuit in diebus Herodis regis Pilato preside vir in Judea ex tribu Juda Ruben nomine."

4. Narratio profectionis Godefridi ducis ad Jerusalem, ex Fulcherio Carnotensi excerpta. fol. 98.

Incip. "Anno ab incarnatione Domini Jhesu Christo millesimo nonagesimo sexto in mense Marcio;" ut apud Gesta Dei per Francos, p. 384.

Desin. "et alter quodammodo Machabeus usque ad finem vite sue bella gerere et Christianismum in partibus illis ampliare non cessavit."

Pars ultima, in qua agitur de morte Godefridi et Baldewini successione, non cum edit. impress. consentit.

5. Alia descriptio Hierosolymitanæ profectionis. f. 102.

Incip. "Tempore Heinrici imperatoris Romani et Alexii Constantinopolitani juxta presagium evangelicum."

Desin. "cujus nomen et misericordiam cuncta predicent et glorificent seculorum secula; Amen."

Sequitur notitia de morte Baldewini; incip. "Baldewinus autem rex cum post Godefridum fratrem suum xvii. annis."

6. De Sibyllis [ex Isidori Etymolog.] fol. 107 b.

Incip. "Sibille generaliter omnes fœmine dicuntur prophetantes."

Sequuntur alia de eisdem, et deinde versus ex S. Augustino, incip.

"Judicii signum tellus sudore madescet;"

ut inter opera, tom. vii. App. col. 505.

7. De quibusdam quæstionibus Passionalium et Cronicorum. fol. 109.

Incip. "Aliqui dicunt et quidam codices habent, Petro apostolo passo, Paulum reservatum."

Sequuntur narrationes de Clemente, de Decio, de SS. Virginibus undecim millibus.

8. Visio Wichtini monachi. fol. 110.

Incip. "In principio Alemannorum in monasterio S. Marie semper virginis quod Owa nominatur, fuit quidam frater."

Defic. in verbis, "pene inter ceteros singularis apparuit."

634.

Codex chartaceus, in folio, ff. 34 et 488, sec. xvii. ineuntis; [ol. 1425.]

Hieronymi Fabricii ab Aquapendente, medici Patavini, Thesaurus secretorum medicamentorum utriusque medicinæ.

Tit. "Thesaurus locupletissimus variorum secretorum medicamentorum utriusque medicinæ, authore ac collectore Hieronymo Fabritio ab Aquapendente."

Incip. "Sputo sanguinis. χ. lapidis hematitis cum aqua plantagin. lot. corall. rub. similiter loti."

Desin. "scilicet occiput et quasvis partes jam dictas et optimum experieris."

Sequuntur alia manu recentiori, an auctoris?
Præcedit, Locupletissimus compositorum Medicamentorum quæ in hoc opere continentur index.

635.

Codex membranaceus, in folio, ff. 405, sec. xv., binis columnis bene exaratus; olim Edwardi Lee, ex dono Joh. Codington, de Codington, in com. Surr., postea Tho. Hewett; [ol. 1397.]

Philippi Repingtoni, sive Rependuni, canon. Leicestrensis, Sermones in Evangelia Dominicalia per anni circulum, cum præfatione.

Incip. præf. "Evangelice tube comminacio."

Des. "et in fine expedit anchoram figere spei nostre."

Incip. serm. i. "Dominici adventus tempus ab ecclesia solemniter celebratum quatuor septimanas."

Desin, ult., quæ numeratur liii. abrupte in verbis, "fabricam construere vis celsitudinis de fundamento cogita humilitatis."

In calce paginæ, "Expliciunt omelie Repyngton super Evangelia dominicalia."

Sequitur tabula ordine alphabetico disposita; incip. "Abscondere—abscondit a se Christus propter multas rationes."'

In calce cod. "Jhon Codington, gentilman, lorde of Codington, in the countie of Sowthroi gave this boke, the wiche is callide and intitulide Euangelia Rippington, to me Edouarde Lee."

636.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 91, sec. xii. exeuntis; bene exaratus, sed mutilus; [ol. 1003.]

Chronicon Saxonicum ab anno Dominicæ Incarnationis primo usque ad annum 1154: *Anglo-Saxonice.*

Inseruit in foliis interpositis chartaceis manus, ut videtur, Will. Lisle, Supplementa nonnulla ex codice Benedictino, apud Cantabrigienses in coll. C. C. servato.

Cf. edit. impress. ed. Ingram. p. xxiii. et Monumenta Hist. Britan. ed. Petrie, Pref. p. 76.

In calce subjecit manus W. Lisle Indices titulosque Homiliarum Saxonicarum, in coll. supra citato conservatarum.

637.

Codex membranaceus, in folio, ff. 117, secc. xiv. et xv., quoad partem præcipuam binis columnis anno 1333 ad usum Raimundi de Cabirot Parisiis bene exaratus; quondam M. Kyrkebye, postea Ric. St. George, Norroy regis armorum; [ol. 1592.]

1. Historia de rege Carolo Magno et filiis quatuor Aymonis, etc., carmine Gallico, versibus scilicet circiter 16,080 comprehensa.

Incip.

"Segneurs oez chanchon de grant nobilite
Traite est de voire estoire sanz mot defaussete
Ains uoissez meilloz sachiez de verite
Ains jugleour uendist ne nen fu escoute
Ele est de Karlloman le fort roy couronne
Qui sa court tint j. jour a Paris la chite
Onques ne tint si grant en trestout son ae
Si iont xxx. contes et xv. dux chase
Euesqes archeuesqes et dautant abe
Mout fut grant li baruage qui ifu asemble
Dor de Nantuil ifu Olegrenon mesle
Giraz de Rousillo qui fu pres et sene
Et Aimes de Dordone li uassax adure."

Desin.

"Quant li baron oirent conter si faitement
Que Dieu faisoit miraclez por li apertement
Cascun se conforta et fu lie et ioiant
Puis ont saisi le cors tost et isnelement
Au monstre nostre dame fu porte voierement
Ou cor iest le cors se leuent bien la gent
Or prion dauelede qui fist et mer et vent
Quil uous priugne a tet fin pa son commandement
Quil ne parde les ames par engin de sarpent
Ici faut de Re. o le fier hardement
En lor pais sen uindrent li frere oue lorgent
Ses filz tindrent sa terre et tout son tenement
Puis nesquirent grant pieche en pez tout fermement
Tant ama li vns lautre quil mont maltalent
Nul ne vit tele amor si entremmement
Si orent puis grant guerre contre mauuese gent
Mez ie me voudrai taire eci faitierement
Ein pais et en amor fais mon definement
Dieu nous garisse touz aqui limont a pent
Qui nous doinst bone fin par son commandement
Et Jhesu nostre pere le roy omnipotent
Gart cil qui cest romans liest bien apertement."

In calce, "Explicit, Re[gnaut] et Ri[chard] et Mau[gist] et Gui[chard] et lor frere Aalart qui furent bon uassal."

Deinde,

"Lan mil. ccc. trois plus de trente
Fut cest romans fet a mentente
En la rue maisine quiez parriz
Dieu doint a touz paradis
Il est a vn bon compaignon
Remon de Cabirot a non
Qui cest Romans est et fist fare
Il est home de bon afere, etc."

2. Tractatus brevissimus de successione et genitura regum Angliæ post Conquestum et de gestis singulorum regum sub compendio. fol. 68.

Tit. "Tractatus brevissimus," etc. ut supra, "et quia omnes originem traxerunt a Rollone, primo duce Normannie, ideo ab eodem quasi stirpe merito incipiendum est."

Incip. "Liber generacionis regum Anglie a conquestu secundum Cronicorum veram tradi-

cionem: Rollo autem conquestor et primus dux Normannie genuit Willelmum."

Desin. in regno Edw. III. a verbis, "tam in mari quam in terra sine diminucione militie Anglicane, quorum exprimere numerum non sufficit hec membrana."

3. Tabulæ genealogicæ regum Angliæ familiarumque. fol. 72 b.
4. Tabula jus Edwardi III. ad coronam Franciæ ostendens; *Gall.* fol. 74.
5. Versus de regibus Angliæ a Willelmo I. ad Edwardum II. inclusive. fol. 75.

Incip.

"Dux Normannorum. Willelmus vi validorum
Rex est Anglorum. bello conquestor eorum."

6. [Petri de Langtoft] Chronicon a Bruto usque ad Edwardi I. mortem. fol. 76.

Incip.

"Dieu lui tout puissant qi ciel et terre crea
Adam notre piere homine de terre forma,
Naturelement puruist quant il ordina
Qe homme de terre venist a terre reuertira."

Desin.

"Guyer et gouerner les terres et les feez
Que par ly vielz Edward pur lui sont purchacez
Ne qe folx conseil ne haunte de pecchez
Defacent les honours que de lui sont prophetez."

Cf. Vers. Anglic. a T. Hearnio editam, et Excerpta ex versione Gallic. a Francisco Michelio, apud Chronic. Angl. Norman. ed. Rouen, 1836, tom. i. p. 127.

638.

Codex chartaceus, in folio, ff. 140, secc. xvi. exeuntis et xvii. ineuntis; [ol. 1594.]

Orationes in collegio Herbipolensi annuatim habitæ, de rebus ibidem gestis ab anno fundationis ejus, scilicet A. D. 1568, ad annum 1619 inclusive.

Tit. "Litteræ annuæ collegii societatis Jesu Wirtzeburgensis ab ejus collegii anno primo, qui fuit ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, 1568."

Incip. prior, quæ nomine Petri Peraxyli, seu Perapyli, subscripta est, "Cum mihi a superioribus impositum esset, admodum reverende in Christo pater tuam perscriberem."

Subscribitur, ut aliæ quinque sequentes, "Ex mandato R. P. rectoris T. R. indignus in Christo servus Petrus Peraxylus."

Subscriptiones aliæ nomina exhibent, quæ sequuntur.

a. Sibertus Brunchorstius. ff. 23, b, 26.
b. Arnoldus Lullinck. fol. 28.
c. Johannes Busæus. fol. 30.
d. Nicolaus Serrarius. ff. 34, 39.
e. Johannes Gravius Lovaniensis. fol. 41.
f. Georgius Hallenig. fol. 43.
g. Johannes Pernotus. fol. 52, b.
h. Gerardus Appius. fol. 81.
i. Christophorus Drouerus. fol. 104.

639.

Codex membranaceus, in folio, ff. 6 et 139, sec. xii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; quondam Guillermi Reynaut; [ol. 1398.]

1. Dionysii Areopagitæ de cælesti hierarchia libri quatuor, per Johannem Scotum Erigenam Latine versi, scholiis marginalibus [S. Maximi et Johannis Scythopolitani] instructi. fol. 6 * b.

Præcedunt,

a. Præfatio Anastasii apostolicæ sedis bibliothecarii ad excellentissimum Karolum, scil. Calvum. f. 1.

Incip. "Inter cetera studia quæ tam laudabilis actio."

b. Erigenæ præfatio duplex, metrica altera, altera prosaica ad Carolum. fol. 3*.

Exstant in Epp. Hibern. Sylloge, ed. Usserio, p. 57.

c. Tabula capitulorum totius operis. fol. 5* b.
d. Epigramma in B. Dionysium de cælesti hierarchia. fol. 6*.
e. Versus xxiv. elegiaci in eundem. fol. 6*.

Incip.

"Lumine sidereo Dionisius auxit Athenas
Ariopagites magnificusque sophos."

2. Ejusdem liber ad Timotheum de ecclesiastica hierarchia, cum epigrammate, tabula capitum et glossis. fol. 20.

Tit. "Dyonisii Ariopagitæ Athenarum ad Timotheum, episcopum Ephesi, de ecclesiastica ierarchia."

3. Ejusdem liber ad eundem de divinis nominibus, prævio epigrammate, cum tabula capitulorum et scholiis. fol. 47, b.

Tit. "Dyonisii Ariopagitæ, episcopi Athenarum, ad Timotheum, episcopum Ephesi, de divinis nominibus."

4. Ejusdem de mystica theologia liber cum epigrammate, tabula capitum et scholiis. fol. 94.

Tit. "Ejusdem ad Timotheum episcopum de mystica theologia."

5. Ejusdem epistolæ decem ad diversos, cum tabula, epigrammate et scholiis. fol. 97.

Tit. "Dyonisii Ariopagitæ, episcopi Athenarum, epistolæ diversæ. fol. 97, b.

Deficit epistola ad Titum verbis, "quæ nunc dicta latius in ea declarantur et est ut ar"——

6. [Clementis, presbyt. Alexandr. ducis Scholæ ex superscripto suo sermone, Quis salvatus dives;] [initio mutil.] fol. 110.

Incip. in verbis, "—— diligentiæ et custodiæ sic perfectum ei philacterium."

Sequitur notitia, "Hujus historiæ meminit Eusebius Pamphili et Johannes episcopus Constantini civitatis." A

7. Excerpta septem, sub titulo, "Philonis de ex circumcisione credentibus in Egipto Christianis simul et monachis ex suprascripto ab eo sermone de vita theorica aut de orantibus." fol. 110, b.

Incip. i. "Multiplex quidem orbis terrarum est genus."

Omnia supradicta Dionysii opera, in Biblioth. Gaddiana Plut. lxxxix. Sup. cod. xv. habita, a B Bandinio descripta sunt in Catal. codd. Laurent. et Gadd. tom. iii. coll. 259, *seqq.*

8. S. Augustini Hipponensis, [potius Prosperi extracta ex ejusdem operibus,] de vera Innocentia. fol. 112.

Tit. "Incipit liber Sancti Augustini episcopi de vera Innocentia."

Exstat inter opera, tom. x. app. col. 223.

In calce, "Explicit liber Sancti Augustini Ypponensis episcopi de vera innocentia." C

640.

Codex membranaceus, in folio, ff. 25, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus; [ol. 1399.]

Dionysii Areopagitæ de cælesti hierarchia liber per Johannem Scotum Erigenam Latine versus, prævia ejusdem Johannis præfatione, et capitulorum tabula.

Tit. prol. "Prologus Johannis Scoti in Ierarchia Dyonisii, que subscribitur, quam in precedenti libro exponit." D

Incip. "Liber iste qui inscribitur de celesti ierarchia, quod nos non verbum sed sensum."

Tit. lib. "Dyonisii Aryopagite, episcopi Athenarum, ad Timotheum episcopum de celesti ierarchia."

In calce, "Explicit ierarchia Dyonisii exposita a Johanne Scoto."

E

641.

Codex membranaceus, in folio, ff. 87, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus, quondam Roberti Brakenbiry; [ol. 1412.]

Petri Chrysologi, ep. Ravennatis, Sermones clxxvi. prævia titulorum tabula, cum prologo [Felicis episcopi] de auctore.

Incip. prol. "Beatus Pontifex Petrus, Ravennatis ecclesie prefulgidum decus;" ut in Oudin. F Comment. de Scriptt. Eccl. tom. i. col. 1251.

Exstant sermones ed. Colon. 1541, et alibi.

In calce, "Explicit feliciter."

642.

Codex membranaceus, in folio, ff. 169, secc. xiii. et xiv., [ol 1156.]

Chartularium sive Registrum chartarum ad cœnobium Canonicarum apud Alvingham, ex ord. Gilbertinorum de Sempringham, diœc. Lincoln. spectantium.

Tit. i. "Hamelinus decanus senior dat et confirmat nobis totam partem ecclesie sancti Adelwaldi de Alvingham que pertinet ad terram quam tenet de feudo comitis Britannie, id est tres partes ejusdem ecclesie."

Præcedunt,

a. Indulgentiæ et privilegia papalia ab Innocentio papa III. aliisque concessa; quibus confirmantur et recitantur possessiones tam ad Alvingham quam ad Sempringham spectantes. fol. 1.

Tit. "Hic incipiunt indulgencie, privilegia papalia apud Alvingham residencia."

b. Henrici III. regis Angliæ Magna charta. fol. 8.

Exstant excerpta aliquot impressa in Dugdal. Monast. Anglic. ed. nov. tom. vi. p. 958.

Interjecta sunt hic illic alia quædam manibus recentioribus sed ad idem cœnobium spectantia; ex gr. ad ff. 37, 39, Taxatio ecclesiarum ad domum de Alvingham et bonorum spiritualium.

Chartæ secundum loca, quæ sequuntur, plerumque distributæ sunt; scilicet,

1. Alvingham. ff. 10–32.
2. Cokeringtona. ff. 59–84.
3. Grimolby. fol. 86.
4. Manneby. fol. 86, b.
5. Sanfleteby. fol. 87, b.
6. Schitebroke. fol. 89.
7. Summercotes. fol. 90.
8. Cuningesholm. fol. 92.
9. Germethorp. fol. 95, b.
10. Fuleston. fol. 110.
11. Jerdeburge. fol. 111.
12. Kedingtona. fol. 122.
13. Grimesby Parva. fol. 130.
14. Stineton. fol. 131, b.
15. Luda. fol. 132.
16. Lekeburn. fol. 134, b.
17. Calethorp. fol. 136.
18. Hatham. fol. 140.
19. Lincolnia. fol. 140, b.
20. Rasen. fol. 142.
21. Wyttkale. fol. 143.
22. Stauntun. fol. 144.
23. Normanby. fol. 145.
24. Svynope. fol. 145, b.
25. Neutona. fol. 147.
26. Beseby. fol. 155.
27. Grimesby. fol. 156.
28. Stalingburc. fol. 156, b.
29. Kaburna. fol. 157.
30. Glauerford. fol. 160.

31. Cuningesby. fol. 160.
32. Redenesse. fol. 164.
33. De S. Botulpho. fol. 167.

643.

Codex chartaceus, in folio, ff. 196, sec. xvi.; [ol. 1158.

LUDOVICI TUBERONIS, Dalmatæ abbatis, commentariorum de temporibus suis libri undecim, prævia ad Gregorium Tregapani, Colociensium pontificem, epistola dicatoria.

Tit. "Ludovici Tuberonis, Dalmatæ abbatis, commentariorum de temporibus suis liber primus."

Exstant impress. in 4to., ed. Francof. 1603, et in Belii Scriptt. Rerum Hungar. tom. ii. p. 112.

Incip. epist., quæ non in editt. occurrit, "Qui liberis suis testamento tutores dare deliberent, non solum inter consultandum agnatos, quibus id negocii demandent, querendos esse censent."

644.

Codex membranaceus, in folio, ff. 227, sec. xiv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; quondam Desaugay; [ol. 1487.]

1. Kalendarium, cum interpretatione sive canone. fol. 1.

Incip. "Incipit canon ad habendum notitiam istius Kalendarii."

Incip. "Ad noticiam istius Kalendarii primo sciendum quod 19 litere alphabeti."

2. Canon super chilindrum. fol. 7, b.

Incip. "Accepturum horas cum chilindro."

3. Constellationes octavæ sphæræ delineatæ, cum expositione. fol. 8.

Incip. "Helix aratus major, habet autem in capite stellas obscuras."

4. Tabulæ sex in quo signo et in quoto gradu signi sit sol in quolibet die anni. fol. 11.

Ad fol. 13, Tabula solis declinationem docens in quolibet die anni "in civitate Parisius."

5. Tabula GERLANDI principalis et contra-tabula; adjecta tabula Terminorum et tabula Bedæ. fol. 14.

6. Canones sive Regulæ tabularum astronomiæ [Toletanarum, auctore ARZATZELE, sive ARZAELE, cum tabulis.] fol. 16.

Incip. "Quoniam cujusque actionis quantitatem temporis metitur spatium celestium motuum doctrinam querentibus."

Cf. MS. Canon. Miscel. dlvi. et Digby, lxviii.

Ad fol. 21 capitulum est "De inventione sinus et declinationis per Kardagas."

In fol. 47 textu legitur, "Cum Cremona distet a Toleto in oriente per 20 gradus longitudinis."

Ad fol. 86, "Diversitas aspectus in longitudine media ad latitudinem Toleti, que est 39 graduum et 54 min. et ejus hore 14 et 51 minuta secundum Azarchel."

A

Ad fol. 92, "Tabula locorum stellarum fixarum verificatorum in civitate Toleti anni Alexandri 1422 secundum Arzachelem."

Canon ult. est, "Ad inveniendum quot hore transierint de nocte," et desin. "et ejus gradum sicut ostensum est in precedentibus."

In calce, "Expliciunt canones astronomie;" in MS. Digb. dicuntur, "Canones Toletane super tabulas ejusdem."

7. Demonstrationes canonum tabularum. fol. 102.

B

Incip. "Kardaga est porcio circuli constans ex 15 gradibus."

Inseruntur hic illic canones, quorum primus incip. "Si inter duas quaslibet quantitates aliqua quantitas quantalibet, ponatur media proporcio prime ad ultimam fit ex proportione prime ad mediam ducta in proportionem medie ad ultimam."

Ad fol. 114 rubrica est "Explicit tractatus de planetis."

C

8. Theorica Planetarum [GERARDO Cremonensi, et ROBERTO GROSTETE tributa]. fol. 115 b.

Tit. "Theorica omnium planetarum et primo de sole."

Incip. "Circulus eccentricus dicitur vel egresse cuspidis vel egredientis centri."

Desin. "astrolabium tricubitum videlicet aut majoris quantitatis."

In calce, "Explicit tota theorica 5 planetarum."

D

9. De latitudinibus quinque planetarum. fol. 119 b.

Incip. "Orbes defferentes 5 stellarum erraticarum declinant."

Desin. "aggregata aut residui."

10. Tractatus de proportionibus et fractionibus. f. 121 b.

Incip. "Si fuerint 4 numeri proporcionales, quorum scilicet primus sic se habeat,"

In calce, "Explicit tractatus de divisione fractionum; Deo gratias."

Deinde,

E

"Hic situle pendent patule quarum vice versa,
Retrogradas facit una gradus redit altera mersa."

11. Tractatus Algorismi de fractionibus. fol. 124.

Incip. "Cum multos de numeris tractatus vidisses."

12. Ars faciendi Almanach. fol. 125.

Incip. "Quicunque voluerit facere Almanac. Sciendum est loca planetarum in omni hora."

13. De Algorismo. fol. 127 b.

F

Incip. "Quoniam dicitur a Boecio in principio Arismetice omnia quecumque a primeva."

14. Commentarius, seu analysis topica, in Boethii libros de Arithmetica; cum [BOETHII] prologo in librum de Arithmetica. fol. 131.

Incip. "In dandis accipiendisque;" ut in editt.

Incip. comment. "Inter omnes priscæ," etc. "Arismetica speculatur integritas."

Desin. "hec medietas recte maxima et perfectissima appellatur."

A Ad fol. 138 citatur Nicolaus [an de Oresmis] de proportionibus.

In calce, " Hec de ista scientia sufficiant."

15. Analysis logica Boethii librorum de musica. f. 139.

Tit. " Incipit Musica Boetii."

Incip. " Ad evidentiam eorum, que dicuntur in Musica primo sciendum quod causa materialis."

Dein. " nec in minori proportione potest reperiri."

In calce, " Et hec de musica sufficiant."

B 16. [Roberti Grostete, ep. Lincoln.] Compendium de sphæra. fol. 143.

Incip. " Intentio nostra in hoc tractatu."

Extat ad calc. Joh. de Sacrobosco Sphæræ ed. Venet. 1508. fol. 87.

17. Ejusdem Roberti de arte computi liber, præviis capitulorum titulis. fol. 147 b.

Tit. " Kalendarium Grossi-capitis."

Incip. " Compotus est scientia numerationis et divisionis temporum."

C Ad fol. 155, " Tabula Azarchel ad inveniendum annos Arabum per annos Domini."

Ad calce, " Tabula ad inveniendum festa mobilia."

18. Albumasaris Flores, cum prologo. fol. 165.

Tit. " Incipiunt flores Abumazar iudiciorum astronomie."

Incip. prol. " Hic est liber, quem collegit Abumazar de floribus."

Incip. lib. " Dixit Abumazar. Oportet te primum scire dominicum anni."

D Dein. " Si Deus voluerit; et ipse est auxiliator."

In calce, " Explicit liber Abumazar id est liber florum astronomie."

Cf. Brucker. Hist. Philosoph. Critic. tom. iii. p. 121.

19. Canones [Humenuz, Ammonæ forsitan] Ægyptio, super tabulas ejus, que dicuntur Almanach. fol. 175.

E Incip. " Sciendum est quod Humenuz, summus Egyptiorum philosophus, magister filie Ptolomei, composuit has tabulas equationis Planetarum super annos Egyptiorum, quas Arzachel Grecorum philosophus de annis Egyptiorum ad annos Alexandri magni mutavit. Post hec vero magister Johannes Papiensis eas transtulit ad annos Christi."

Desin. " Mercurii 19°; capitis Draconis 61 °."

Sequuntur tabulæ xxviii.

F 20. Liber de aggregationibus scientiæ stellarum et principiis celestium motuum, quem Ametus, filius Ameti, qui dictus est Alfagarnus, compilavit, triginta continens capitula. fol. 191.

Incip. " Numerus mensium Arabum et omnium aliorum est xii. menses."

Desin. " de eclipsibus solis et lune quod sufficit intelligenti."

In calce, " Expletus est liber Amet Alfargani in scientia astrorum."

Cf. Brucker. Hist. Crit. Phil. Period. sec. pt. alt. p. 63.

21. Roberti Grostete liber de lineis physicis. fol. 207 b.

Tit. " Liber de figuris et lineis."

Incip. " Utilitas considerationis linearum."

In calce, " Explicit tractatus utilis secundum episcopum Lincolniensem."

22. Prooemium Ptolemæi in Almagesti. fol. 210.

Incip. " Quidam princeps, nomine Albuguafe, in libro suo quem scientiarum."

23. Libellus de arte quadrantis. fol. 211.

Tit. " Ars quadrantis seu practica."

Incip. " Debes scire, quod circulus solis duas habet medietates."

Desin. " Hec quoque de practica Quadrantis causa introductionis breviter dicta sufficiant."

24. Tractatus de fractionibus astronomicus. fol. 213.

Incip. " Quelibet pars aliquota totius fractio ejusdem dicitur sive minucia fractionis."

25. Ejusdem auctoris de æquatione planetarum et eclipsium investigatione. fol. 216 b.

Incip. " Qui planetas voluerit equare seu eclipses futuras ceteraque hujus prescire."

26. [Rob. Grostete] libellus de compositione chilindri. fol. 219.

Incip. " Investigantibus nature chilindri compositionem, qui dicitur Orologium viatorum."

Dein. " et sic terminatur chilindri compositio. Explicit chilindri compositio."

27. Libellus de explanatione regularum judicandi. fol. fol. 221.

Incip. " Quoniam regulas astronomiæ judicandi non nisi per diversa opera."

Dein. " suo simili descendere in austrum aut esse in austro descensus."

28. Libellus de fructibus Planetarum. fol. 224.

Incip. " Cupientibus fructum planetarum, primo scire oportet, quis sit eorum ordo, que natura, que proprietas. Scire debetis, quod septem sunt ordines."

Dein., ut videtur, imperf. " alicui planete qui comburitur, scilicet, qui fuerit."

645.

Codex membranaceus, in folio, ff. 161, sec. xv. ineuntis, binis columnis manu Petri cujusdam nitide exaratus; anno 1528 peculium Everardi Digby, militis; utrimque mutilus; [ol. 1162].

1. Guidonis de Columnis, Messanensis, de casu Trojæ Historia, libb. xxxv. comprehensa, cum prologo. f. 6.

Exstat impress. Colon. 1477 et alibi.

In calce, " Factum est autem opus anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo octogesimo septimo ejusdem prime indictionis feliciter.

Explicit valde bonum Compendium de bello Trojano editum aut translatum a venerabili magistro Guidone de Columpnis, cujus anime propicietur Deus.

Qui me scribebat hic Petrus nomen habebat."

2. Roberti Grostete, ep. Lincoln. liber de venenis. fol. 57 b.

Tit. "Incipit liber Soliloquiorum beati Augustini;" quem sic correxit manus marginalis, "Lincoln. de venenis."

Incip. "Racio veneni convenit peccato severitate originis, universitate infeccionis."

Defic. in verbis remedii quarti, "ubi marito mortuo ejus uxores in certamine ad judicium."

3. S. Augustini Soliloquiorum liber; initio mutil. fol. 66.

Incip. "—coherentem et consubstantialem tibi et coeternum Jhesum Christum;" ut in edit. impress., tom. vi. App. col. 89.

Defic. in verbis prope ad finem, "tres persone in una essencia, potencia."

4. Aristotelis liber de Secretis Secretorum, seu de regimine Principum, cum prologis Philippi de Johanne, etc. fol. 74.

Operis hujus tabulam locupletem codici præfixit manus recentior.

Mutilum est tam ad initium, quam a cap. xvi. ad cap. xxvi. inclusive, et iterum a cap. xliv. ad cap. lii.

In calce, "Explicit liber Aristotelis de Secretis Secretorum sive de regimine Principum, regum vel dominorum."

5. Ægidii de Columna, Romani, de regimine principum liber tractatibus decem comprehensus. fol. 84 b.

Tabula initio codicis præfixa est.

Tituli capitum plerumque cum istis in edit. Venet. prolatis consentiunt, sed textus omnino differt; incip. scilicet, "De regimine principum auctoritates et rationes compendiose collegi ad propositionem pertinentes prolixas deducciones que fastidium relinquendo."

Desin. "reges igitur et principes per justum bellum intendentes commune bonum et pacem civium merebuntur pacem civium supernorum et gloriam perpetuam beatorum, ad quam nos perducat, qui sine fine vivit et regnat; Amen."

In calce, "Explicit liber Egidii de regimine principum et continet tractatus decem."

6. Epistolæ, ut videntur, Legatinæ, ad res in Anglia et alibi an. circiter 1260 gestas spectantes. fol. 118.

Incip. i. "Sponsa Christi patrum clamoribus non data fidelium et prophetarum."

Agit de istis ab E[ccelino ?] Marchiæ Tarvisinæ nobili perpetratis.

Inscripta est epistola ad fol. 120, "Reverendo Patri et Domino O. [an Ottobono ?] G. et R. cum omni reverencia."

Sequuntur aliæ, formulæ forsan epistolarum.

Ad fol. 126 epistola inscripta est L[udovico IX.] Francorum regem.

Ad fol. 130 citatur Clemens papa IV. et ad fol. 132 epistola est C. [potius Ottoboni], Cardinalis diaconi S. Hadriani ad Clementem; incip. "Habuit commissum michi negotium dubia divini."

Ad fol. 132 b. epistola, dat. Warwick, x. kal. Sept., 2 Clementis papæ IV.

Ad fol. 133 b. mentio fit de convocatione Prælatorum apud S. Eadmundum per scriptorem indicta, "tam super regni Angliæ pontificatione quam Terræ Sanctæ succursu."

Ad fol. 134 b. scribit auctor Edwardum principem, Henrici III. primogenitum, sibi apud Wyndesoram personaliter accessisse, quem invenerat rege ad pietatem proniorem, et ad omnia convenientia facilem et benignum.

Ad fol. 135 mentio fit de Carmelitis apud Bridport, et de pestilentia per Angliam; et, verso eodem folio, de exercitu regis in castello de Kenilworth contra rebelles congregato [1265 ?].

7. De septem ineptis. fol. 139.

8. De sex vicibus potandi versus. fol. 139.

Incip.

"Post potum primum mens declinabit ad ymum."

9. Epistola ad Canonicum quendam gratulatoria. f. 139.

Incip. "Pauca, bone frater, habeo adversum te sed tamen omnia pro te."

10. Epistola ad Reginam congratulatoria. fol. 139 b.

Incip. "Gratulor honori tuo atque bone opinioni tue."

11. L., episcopi Cenomanensis, ad M. venerabilem Anglorum reginam. fol. 140.

Incip. "Difficile est discrete semper ac provide beneficia collocari."

Formula est, ut videtur, cui succedunt aliæ, quarum ultima deficit in verbis, "varietas dissipat ferculorum geminant fulgor deniceat operiosa monilia couculcentur"——

12. Tabula compendiosa super Biblia, ordine alphabetico. fol. 142.

Incip. "Abstinencia. Precepit Deus Ade quod ex omni ligno Paradisi."

Desin. in cap. 128 de zelo, "Johannes Baptista prohibuit quendam eicientem demonia in nomine Domini."

Sequuntur, "Expositores Biblie."

Præcedit "numerus librorum hujus voluminis" ex quo apparet, quod olim continebat [Duns Scoti] scripta Parisiensia et Oxoniensia.

In pagina prima notatur, "Iste liber est domini Euerardi Dygby, militis, comitatus Rutlandie. Orate pro eo et pro suis parentibus, anno salutis nostre millesimo quingentesimo vicesimo octavo."

646.

Codex membranaceus, in folio, ff. 187, sec. xiii., binis columnis exaratus; [ol. 1141.]

1. Tancredi, Bononiensis, de ordine Judiciario libri quatuor. fol. 1.

Tit. "Incipit ordo Judiciorum magistri Tancredi Bononiensis." A

Exstant impress. ed. Colon. 1564.

In calce exhibentur viri duo sedentes, capite cujusque super manum inclinante, et crucem sustinentes: Ad lævam sedenti annexus est versus,

"Me gravat iste labor sub cujus pondere labor;"

Alteri,

"Quod tu fers idem, suffero pondus idem."

Deinde versus marginem dextram,

"Laus tibi sit Christe, quoniam liber explicit iste; B

Explicit libellus Tancredi.

Iste libellus fuit scriptus anno ab Incarnatione Domini mº.ccº.xxviiiº. iiii. kalendas Julii; Amen."

2. Casus decretales super libros Decretalium quatuor priores. fol. 13.

Incip. "Canonum. Canones debent ab omnibus observari et eorum auctoritate in judiciis debet procedi."

Desin. sub lege, 'Novimus.' "De quodam tamen falsario qui de suo mandato captus erat, C mandat ut in perpetuum carcerem tradatur."

In calce, "Expliciunt istic casus primarum, secundarum, tertiarum et quartarum."

Sequitur modus, "quo debet fieri decretum in electione."

3. Super Decretales postillæ breviores. fol. 56.

Incip. "Juste judicate. Nota. per exteriora deprehendi que interius sunt; Item nota, quod sibi quis vult fieri aliis ipsum facere debere."

Desin. "sicut datum fuit episcopo Bononiensi D pro consilio de quibusdam homicidis clericis. Explicit."

4. Damasi, Jurisconsulti, Quæstiones juridiciales. f. 82.

Tit. "Incipiunt questiones a magistro Damaso compilate."

Incip. "Queritur in [*sic*] episcopus canonem late sententie possit condere inter subditos suos."

In calce, "Expliciunt questiones Damasi."

5. Ejusdem Damasi, Burchardica, sive Brocardica Juris. fol. 100. E

Incip. "Arguitur ignorantiam excusare in hiis que sunt juris positivi;" ut in edit. Antwerp. 1566, p. 3.

Desin. "non posset aliter probari;" in edit. cit. p. 84, l. 20.

In calce, "Expliciunt Brochardica Damasi."

6. Ejusdem Summa titulorum Extravagantium. f. 107.

Tit. "Incipit summa titulorum Extravagancium a magistro Damaso compilata. Amen."

Incip. "Juri operam daturum prius nosse F oportet quid jus sit. Est autem jus, ars boni et equi."

Desin. "et erit res deponenda in ede sacra ut Ff. Depo. l. Ei. ¶. ult."

In calce, "Explicit summa Damasi;" sive ut in Rubrica suppletur, 'Damasii.'

7. Casus Decretorum a Benecasa quodam, ut videtur, compilati, cum præfatione. fol. 129.

Tit. "Incipiunt casus Decretorum."

Incip. præf. "Quoniam ubi multorum maxime rudium versatur utilitas ortatur et precibus sociorum non acquiescere peccatum videtur Ariolandi ideo ego Benecasa misi manum ad casus Decretorum."

Incip. lib. "Humanum genus, etc. Casus talis est, Duo sunt instrumenta per que genus humanum regitur."

8. Notabilia Decretorum in compendium redacta, cum præfatione. fol. 184.

Incip. "Ad instantem quorundam et supplicationem sociorum breve quoddam opusculum."

Incip. lib. "Humanum. Nota quod quis sibi ab aliis vult."

Defic. "Si duo. Nota cum duo malo zelo per concertationem patrum eliguntur, neuter optime"——

647.

Codex membranaceus, in folio, ff. 188, sec. xiv. ineuntis, binis columnis bene exaratus; [ol. 1595.]

Liber Eliensis, sive Historia ecclesiæ Eliensis, in libros tres distinctus, prologis et capitulis instructus.

Tit. "Incipit prologus de hystoria Insule Elyensis."

Exstant libb. i. et ii. impensis Societatis Angl. Christ. Lond. 1848 editi, sed absque codicis nostri collatione.

In fine, "Explicit liber ii. constans de temporibus abbatum."

Sequuntur 'prologus libri tercii tempora et eventus episcoporum denuncians,' et capitula ejusdem libri.

Tit. lib. iii. est, "Incipit liber tercius in historia Elyensis ecclesie constans de temporibus episcoporum quid plus vel minus utile gesserint, plene insinuans et de hiis que temporibus eorum ecclesie Elyensi contigerunt."

Tit. i. "Quomodo post mortem Ricardi abbatis episcopus Pangornensis Herveus de sua sede ejectus ab Henrico rege dirigitur in Ely ut inde procurationem haberet, qui fratrum animos blandiciis et circumlocucionibus sibi allexit, ut ipsam ecclesiam de abbacia in episcopatum mutaret et ipsum susciperent episcopum, ad quod confirmandum eisdem monachis ignorantibus, Rome destinatur a Rege."

Incip. "Post mortem igitur Ricardi abbatis mittitur a rege ad Elyense cenobium Herveus, Pangornensis episcopus."

Desin. in cap. quod titulum habet, 'De obitu Johannis de Kyrkeby et eleccione et consecracione et intronizacione magistri Willelmi de Luda,' in verbis, "secundum taxacionem Norwicensem dicto regi ad unum annum concesserunt."

Sequuntur, manu recentiori, sec. scil. xv. Bre-

A via quædam et recorda ad ecclesiam eandem spectantia.

Præmissa sunt codici,

a. Tabula alphabetica contentorum; imperf.

b. Nomina regum Angliæ ab Aluredo usque ad Henricum VI., quibus adjecit manus recentior nomen Edwardi IV.

c. Nomina episcoporum Eliensium ad Will. Gray, elect. 1454.

B

648.

Codex membranaceus, in folio, ff. 63, sec. xiii. ineuntis, binis columnis exaratus; [ol. 766.]

Aelredi, abbatis Rievallensis, sermones de oneribus Isaiæ prophetæ xxxi., cum epistola ad Gilbertum, episcopum Londoniensem.

Tit. "Incipit epistola domini Aelredi, abbatis Rievallensis, ad G. Londoniensem episcopum super opere sequenti, quod est de xi. oneribus Ysaie

C prophete."

Exstant impress. inter opera, edit. Duac. 1616, p. 1.

In calce, versus viginti quinque rhythmici, de amore Christi; incip.

"Dulcis Jhesu memoria . dans cordi vera gaudia,
Sed super mel et omnia . ejus dulcis presentia."

Desin.

"Tunc amplexus tunc oscula . que vincunt mellis pocula,
Tunc felix Christi copula . nec finiet per secula; Amen."

D

649.

